operationum effectus quibusdam stellis consonantes.
Sic solaria sunt, ut metalla aurum propter splen-
dorem habentem a sole quod sit cordis confortativum.
Inter lapides vero qui aureis guttis solares radios
mittantur. Sicut lapis aetites aureis litteris
solem imitans virtutemque contra morbum caducum
et contra venena. Sic lapis qui dicitur solis
oculus similem figuram habens pupille oculi et
eius medio radius emicat confortat cerebrum
confert visui. Sic carbunculus nocte lucens vir-
tutem habet contra omne venenum aereum et va-
porosum. Sic chrisolitus lapis habens in colore
tenuem et lucidam viriditatem in qua cum soli op-
ponitur stella aurea emicat confortat specialia

Confert asmaticis et cum perforatur et secus asini
in foramine repletus sinistro brachio alligatus
fugat fantasmata et terrores melancolicos stultitiam
quoque repellit. Sic lapis iris similis in colore cristal
lo qui ut plurimum reperitur Exagonus cum sub
tectis pars eius radiis solis opponitur et pars
altera in umbra tenetur, Colligit in se radios
solares quos proprias reflectendo facit apparere
hinc in opposito pariete Item Elitropia lapis
viridis ad modum iaspidis vel smaragdi guttas
rubeas stellatus facit constantem gloriosum et
bone fame confert ad vite longitudinem et est
eius virtus mirabilis quam habet in radios solares
quos in sanguineum convertere dicitur hoc est ap
parere sanguineos quasi soli pateretur Eclipsim
cum scilicet mingitur succo herbe nominis eiusdem
et in vas plenum aqua ponitur et est alia
virtus eius omnibus mirabilior in oculos seu
visum hominis ut videri non permittat gestantem se
quod tamen non facit sine adiutorio herbe eiusdem
nominis que et helitropia nuncupatur hoc est
solsequium has virtutes et abbatus et gallus
parisiensis in scripturis confirmant Iacinthus ecclesie
habet virtutem contra venena et pestiferos va
pores reddit gestantem tutum et gratum confert
ad divitias et ingenium Confortatior in ore
retentus animum vehementer exhilarat Item pyrophi
los lapis rubicundus permixtus de hoc abbato Teste

refert esculapius in una epistolarum suarum ad octavia
num augustum quod aliquod venenum est tante frigidi
tatis quod cor hominis interempti eodem conservat ab ex
ustione Ita quod si quamdiu ponatur in igne convertitur
in lapidem Et hic est ille qui pyrophilos vocatur
ab igne habet mirabilem virtutem contra venena &
reddit gestantem gloriosum & victoriosum contra
adversarios Pomibus autem solaribus est lapis qualem
invenisse fertur Apolonius nomine panthoram
qui alios lapides ad se trahit sicut magnes
ferrum contra omnia venena efficacissimus Item
solaria sunt Auripigmentum aureique coloris &
luminis plurimi Ex plantis vero sunt solaris que
vertuntur ad solem Elitropia Et que implicant in
se folia recedente sole Oriente vero explicant pau
latim ut Loton quam quidam arbusculam solarem
esse Et fructuum Et foliorum testatur figura Sic
peonia Zinziber genciana Diptamus verbena quoque
gestans vaticinium Et expiacionem fugansque cacode
mones Aurus ex phebo sacer Item Zedoaria
Crocus balsamus Ambra Et muscus Inter anima
lia vero solaria sunt que sunt magnanima amosa
studiosa victorie & glorie ut leo Crocodilus aquila
olor sive cignus Et que quasi quibusdam hym
nis applaudunt surgent soli et quasi advocant
ut gallus cornus Et que colligunt sol operum si
militudinem ut vermiculi nocte lucentes Scarabeus
quoque qui pillas volvit ac desuper incubat aliosque

aliosque generat appiones interpretacionem hoc ipsi sol
operum similitudinem colligens solaris esse indicatur
& que ex eis sunt

Caput decimum octavum

Lunaria vero sunt inter metalla ut argentum inter
lapides ut cristallus argentea marcasita & omnia
alba & humida & viridia Item lapis solenatus
lunaris ex candido transluceus melleo fulgore motum
imitans lunarem lune figuram in se habens red
ditque eam in dies singulos crescentes minuentes
ve uno Inter plantas lunares sunt ut solem tropia
contrahuntur ad lunam quemadmodum Elitropia ad
solem sic herba chinosaris que crescit et decrescit cum
luna sed in herba et uno foliorum non in humore
solum et virtute Nam & hec singule ~~plante~~
plante a luna quodammodo commissionem habent
preter Cepe quod solum contra lune augmenta
et decrementa minuendi vires et augendi contra
rias habet Animalia lunaria sunt ut cancer
torpedo Rana et que terram simul cum terra
incolunt ut castor pretea animalia omnia mon:
:struosa et que absque manifestis seminibus gene
rantur et que lunarem motum quodammodo
observant et imitantur ut cancer et humor
et sanguis menstruus de qua mira et mon
struosa fiunt apud magos

Capitulum decimum nonum

Saturnalia sunt ut plurimum propter pondus
aurum aureaque marcasita inter lapides ut
fuscus Jaspis Calcedonius magnus et omnia terra

fusca & ponderosa inter plantas ut asfodillos mandragora apium & que stupefaciunt et que neque feruntur unquam neque fructus ferunt. & que nigram barchas nigrosque fructus producunt ut ficus atra et similes Animalia reptilia solitaria nocturnarum tristicia contemplata vel penitus lenta amara ~~tunda~~ tunda vel melancolica multi laboris et tardi motus ut bubo talpa basiliscus vespertilio upupa asinus columnus lupus lepus mirla draco catus formica testudo bufo

Caput vigesimum

Jovialia sunt ut stannum argentum et aurum propter temperanciam inter lapides ut jacinthus berillus smaragdus iaspis viridis et perpetuo viridis aereique colorum inter plantas barba jovis lilium jusquiamus populus & que felices arbores traduntur ut quercus esculus ilex fagus corilus sorbus ficus alba pirus malus vitis prunus fraxinus et cornus inter animalia sunt que preseferunt aliquam dignitatem sapienciam et que sunt mitia et bone discipline ac morum bonorum ut cervus thaurus agnus pavo phasianus hirundo pellicanus

Caput vigesimum primum

Marcialia sunt ut ferrum es rubeum et omnia ignea rubea inter lapides ut adamas magnes lapis sanguinarius inter plantas ut heleborus allium euforbium cartalam et que pungentibus spinis munite sunt ut contactu suo cutem urunt pungant vel ampullant ut cardo urtica flammula animalia

que sunt bellicosa audacia rapacia et perspicue
cinagis ut equus accipitris vultur et que dure
ut feralis aves dicuntur ut noctue alluibe ver
muncule milui et que semper rapacissime et sp
famelice sunt ut quecumque vocem strangulatam
emittunt ut cervi et cornices

Caput vigesimum secundum

Venerea sunt ut os rubeum atque crocum Jud
Lapides Zaphirus Jaspis viridis corneola lapis echi
tes lapis lasuli corallus omnesque pulchri varii
albi et viridis coloris Inter plantas ut verbena
violla capillus veneris herba lucia sive valeri
ana que arabice dicitur fu. Animalia deliciosa
luxuriosa fortis amoris ut cignus columba tur
:tur passer motacilla hyrundo

Caput vigesimum quartum

Pretea quicquid in toto sublimari modo reperitur
mixta planetarum dominia affectus virtutemque
sortitur sic in igne veneficum lumen soli
calor ~~[illegible]~~ vires marti in terra superficies varia
mercurio moles autem tota saturno ac in medijs
elementis ubi regit humor aereus subiacet
Jovi aqueus vero lune mixtus autem obtem
perat veneri similiter res in natura cause agentes
sequuntur solem materia vero lunam fecunditas causarum
agentium Jovem fecunditas materie venerem Expedicio
velox ad effectum martem et mercurium illum
propter vehemenciam hunc propter dexteritatem multiformemque vir
tutem cunctorum autem continuacionem permanens saturno dedicatur

Caput vigesimumquintum

Similis per omnia ratio est de figuris stellarum fixarum
habenda sic arieti celesti volunt subesse arietem terrestem
& thauro celesti thaurum atque bovem terrestrem
sic Cancro Cancros leoni leones virgini virgines &
scorpius presidet scorpionibus et capricornus capris et
signo piscium piscis Similiter ursa celestis presidet ursis
hydra serpentibus et cani subsunt canes et sic de
singulis preterea et stellis insigniorbus iuxta her
metis et thebit doctrinam hic aliquas enumerabo
quarum prima dicitur caput algol preest ex la
pidibus adamanti et plantis helleboro et artemisie
Secunda dicitur pleiades presidet ex lapidibus
cristallo et diodoro et plantis herbe diacedon et
feniculo preterea subesse sibi volunt et metallis
argentum vivum Tercia aldebaram habet ex se ex la
pidibus carbunculum & rubinum et plantis tintina
bulum et matrisilvam Quarta dicitur hircus hic
tenet ex lapidibus saphirum et plantis marubium
sive prassiam mentham artemisiam et dragonteam
et animalibus canem preterea linguam colubri Sexta
canis minor habet ex lapidibus achatem et plantis
florem eliotropus et pulegii Septima cor leonis habet
ex lapidibus granatum et plantis celidoniam
cum arthemisia et mastice 8a cauda ursi maioris
habet ex lapidibus magnetem et plantis cicoream et
arthemisiam cum flore provincie et animalibus dentem
lupi Nona dicitur ala corvi huic subest ex lapidibus

enichius et plantis lapacium Jusquiamus & consoli
da et amarantibus vero lingua rane decima
spica habet sub se et lapidibus smaragdus
et plantis salviam trifolium pruneam seu pruniciam
Arthemisiam et mandragoram undecima al
chanoth qui preest et lapidibus jaspidi et plantis
plantagine duodecima Elpheia hinc subest et
lapidibus topasius et plantis preest rori marino
trifolio et edere tredecima dicitur cor scorpionis
dicitur hinc subesse et lapidibus sardonius et
demetistus et plantis aristoloia longa et crocus
quartadecima vultur cadens cui et lapidibus subesse
chrisolitus et plantis saturegia et fumus terre
quintadecima cauda capricorni hic tenet et la
pidibus calcedonium et plantis maioranam ar
themisiam neptam et radicem mandragore, capitulum
ca. 26 Nunc si optas et aliqua mundi parte stellarum
virtutem accipere adhibitis que ad talem stellam
attinent eius proprium subis influxum velut
lignum pro sulphure picem & oleum paratum
ad suscipiendum ignem et Nichilominus tamen quando
eadem rerum species vel individuo rite adhibeas
multa que sparsa sunt eiusdem inter se idee ac
stelle conformia mox per mam hanc ita op
portune paratam singulare munus ab idea in
funditur per rationem anime mundi dico autem oportune
paratam videlicet sub armonia simili armonie que

quidam virtutem infuderat materie Nam licet res
virtutes aliquas habeant quas diximus cum ille
virtutes ita delitescentes sunt quod raro opus aliquod
ab illis tali virtute perfectum extat sed sicut in
grano sinapis ipsa contusio latentem excitat acri
tatem et sicut calor ignis trans scriptas succo cepe vel
lacte producit in aspectum prius delitescentes et littere
hirci adipe lapide inscripte prorsus occulte cum
submergitur lapis aceto prodeunt et quasi stulte
eminentes extant atque sicut tactus scope vel ar
buti rabiem suscitat consopitam, sic ipsa ar
monia celestis latentem in materia virtutem prodit
excitat corroborat et manifestam efficit (ac ut ita
loquar) de potentia producit in actum cum res
sibi celesti oportunitatem rite exponuntur exem
pli gratia quod si cupis a sole virtutem attra
here quere que sunt solaria vel vegetabilia
plantas metalla lapides et animantia hec
sunt adhibenda assumenda ceteris que in ordine
solari sunt superiora, hec enim magis confortant
sic singulare munus a sole trahes per radios
solis simul oportune susceptos per que spiritus mundi

Caput vigesimum septimum

Compertum habemus in materia inferiori non inve
niri in uno quodam comprehensis cumulatis su
periorum corporum ~~dot~~ dotes sed per plures

apud nos species esse dispersas. Sicut sunt plu-
-res res solares quarum tamen unaquaque non cunctas
solis complectitur virtutes, sed alia res alias habet
a sole proprietates quare aliquando in operacioni-
bus fieri mixtiones, ut si centum vel mille vir-
-tutes solis per tot plantas animalia et similia
per se fuerint possumus hoc simul conflare
et in unam conficere formam in qua dictas
virtutes iam omnes unitas videberis habere. Est
autem in commixtione virtus duplex, scilicet partibus suis
prius insita. Est et celestis alia per certam et
artificiosam multarum rerum inimicem confusarum
secundum certas proporciones commixtionem qualis cum
celo consenciat sub certa constellacione acquisita
et hec virtus descendit per similitudinem et habitu-
dinem quandam rerum adinvicem cum superio-
-ribus prout sequentes virtutes antecedentibus corre-
spondent ubi presertim paciens ad suum insuper
agens accomodatur. Sic ex certa quadam her-
barum vaporum et similium composicionum tum
philosophice tum astronomice confecta resultat
communis quedam forma pluribus syderum
dotata numeribus. Omnis autem commixtio
que constat ex pluribus tunc est perfectissima

quando ita et suis partibus conglutinatur ut
unum fiat undique sibi constet neque dissipetur quando
itaque aliquis commixtionem fabricat et multis
materiis sub celestibus influxibus tunc varie-
tas illius celestium quidem actionum hinc vero
potentiarum naturalium congregata facit quod
mirabilia per unguenta per collyria per suffumi-
gationes per suspensiones et per similia qualia
leguntur in libris Raymundi Archite Democriti
Hermetis qui alchorat inscribitur

Caput vigesimum octavum

Sciendum vero quod alicuius rei nobilior forma est
eo res ipsa promptior est et prepensior ad recipien-
dum eo ceteris potentior ad agendum, Reddunt
itaque incomprehensibilia rerum mirabilia quando
scilicet materiis commixtis oportunisque temporibus
preparatis sub fimo vel alibi ad vivificandum
ponuntur vitam illis et stellis animamque sen-
sibilem tamquam nobiliorem formam conciliando, tan-
ta est enim in materiis preparatis potentia quas
tunc demum vitam adipisci videmus quando
qualitatum perfecta commixtio priorem iam con-
trarietatem fregisse videtur perfectiorem vero
vitam quatenus complexio a contrarietate est
remotior Celum vero causa prepotens ab initio cuiusque

Et super omnia que natura preparavit ut impossi-
bile sit preparata materia non influi vitam aut
nobiliorem quandam formam

Caput vigesimum nonum

Trahitur quotidie aliquid naturale per artem
trahere quotidie divinum aliquod per naturam
intuentes Egipcii naturam magam vocavere hoc
est vim ipsam magicam in attractu similium
per similia Et convenientiam per convenientia ad
se invicem superiorum cum inferioribus greci
simphatiam vocaverunt Sicut convenit cum
terra aqua frigiditate aqua cum aere humor
aer cum igne calor ignis convenit in celo
in materia nec miscetur ignis cum aqua nisi per
aerem nec aqua cum terra nisi per aquam sic
nec miscetur anima corpori nisi per spiritum nec
intellectus spiritui nisi per animam sic videmus cum
natura fetus humanum effigiaverit hoc ipso
preparamento spiritum statim ab universo deducit
Spiritus hic fomes est ad animam corpori copulan-
dam anima fomes est in spiritu corporeque ad intelligen-
tiam mentemque divinitus consequendam Sicut
in ligno siccitas parata est ad penetraturum oleum
oleum huic imbibitum est est ad ignem ignis
specie luminis est vehiculum his exemplis videmus
qualiter etiam quibusdam preparamentis naturalibus
Et artificialibus celestia quedam dona desuper

dona non solum celestia et vitalia verum etiam
intellectualia quedam demoniaca et divina
desuper suscipere Jamblicus proculus atque sinestius
confirmant Ea enim est mundi concordia ut etiam super
celestia trahantur a celestibus et supernaturalia
a naturalibus trahantur atque conspiciunt quia
una virtus opifex et specierum participatio per
omnia diffunditur quae quidem virtus opifex sicut
et occultis omnibus manifesta producitur Ita
magneti adsunt manifesta occulta ut attrahat
per stellarum radios et suffumigationes per lunam
per res naturales celestibus congruas quibus
ultra corporeas qualitates insunt etiam conveniens
et sensus et numeri et mensure incorporee
atque divine sic legimus antiquos certis legibus
naturalibus divinum aliquod et mirandum suscipere
solitos sic lapis qui nascitur in pupilla oculorum
hyene sub lingua retentus divinationem pre
stare dicitur Idem fertur selinites lapis
efficere Sic anthitide dicunt evocari imagines
deorum Sinochide umbras inferorum evocatas
teneri Similede agalopcius herba quae et mar
moritides vocatur in marmoribus arabie na
scens persico latere narrat plinius magos ca
uti cum volunt ~~ad~~ deos evocare esse quam
herbam trangilidan nomine qua pota magi

diuinent pretia esse herbas quasdam quibus
mortui reuocentur ad uitam unde Xantus histo
ricus narrat herba quedam occisum draconis ca
tulum uite restitutum aparente eademque chilonem
quem draco occiderat resuscitatum et Juba refert
in arabia herba quedam hominem reuocatum
ad uitam et apuleyus ostendens huiusmodi ritum
reuocationum simile narrat de Sachea egi
pto propheta Jamnieros propheta sic propiciatus herbam
quandam ob os corporis et aliam pectori eius impo
nit tunc orientem obuersus uel incremento solis augusti
tacitus imprecatus uerbis scoena facies et ad studia
puerorum miraculum tantum certatim inuexit iam
tumore pectus extolli iam salubris uena pul
sari iam spiritu corpus impleri et assurgit cada
uer et prophetatur adolescens uerum ego posse talia
re uera fieri ui herbarum uel cuiusuis alterius
rei naturalis in hominem affirmare non ausim
neque credo, posse autem fieri in cunctis animantibus
non equidem credo sed scio sic musce subuerse
si ponantur in cineribus tepidis reuiuiscunt et
apes subuerse similiter uitam recuperant in succo
nepite et anguille defectum animarum mortue
si corpore integro exire ponantur sub fimo
in aceto et addatur de sanguine uulturis post
paucos dies omnes recuperant uitam seminis quoque

pellicanum necare pullos suos revocare ad vitam
proprio sanguine

Caput trigesimum primum

homo ignorat malos demones malis ac prophanis
actibus allici posse quemadmodum narrat psellus
gnoticos magos solitos fuisse similiter in sacris
priapi ubi execrande et abominabiles turpitu-
dines exequebantur similiter in spinio ydoli quod
vocabatur pavor cui pudendis discoptis sacrificabat
simile est quod legitur de templorum detestanda he-
resi et similia horum de maleficis mulieribus con-
stat quequidem anilis demencia sepe in huiusmodi
flagitiis errare deprehenditur his igitur et horum
similibus mali demones allicuntur atque conspirant
quemadmodum magnus ille demon de cinope Omnis
enim inquit potestas sathane illic inhabitat et conjura-
tionem suis cum universis principatibus et similiter nos ipsi
cum eo et obedit nobis cinops et nos vicissim obe-
dimus illi Nemo rursus ignorat bonis operibus pura
mente mistis orationibus devotis et supplicationibus
et similibus supercelestes angelos conciliari quis
igitur dubitat similiter certis quibusdam mundi
materiis mundana nostrumque allici posse vel
saltem demones horum nominum ministros sive
pedisequos ut inquit mercurius demones aereos
non supercelestes nedum sublimiores sic legimus
veteres sacerdotes fecisse statuas et imagines

Cinops demon

futura pronunciantes spiritusque stellarum ipsis indidisse non tam materiis certis cohibitos quam eisdem gaudentes quatenus videlicet huiusmodi materias ipsi sibi congruas dignoscentes semper libenterque habitent in eisdem per quam illas loquuntur mirabiliaque efficiunt non secus atque soleant demones humana corpora occupantes

Caput trigesimum secundum

Suffumigationes etiam quedam ad stellas accomodate multum possunt quatenus aerem spiritumque vehementer efficiunt ad dotes celestes oportune sub stellarum radiis capescendas spiritus enim nostri ab huiusmodi vaporibus plurimum transmutatur Si quidem uterque sit vapor quidam alterius similis aer etiam per dictos vapores inferiorum et superiorum qualitatibus facile affectus nos ubique in precordia assidere et repente penetrans ad sinuosos nos mirabiles redigit qualitates Quare vaticinature adhibet solent suffumigationes ad fantasiam afficiendam que quidem certis numeribus consentanee ad divinam inspirationem nos accomodant suscipiendam quantum vero suffumigationes nemo miratur qui dicat in porphirio ctis quibusdam vaporibus a propriis suffumigationibus exalantibus aereos demones statim allici et insinuari quandoque tonitrua et fulmina et similia induci quemadmodum Iecur Cameleonis in summis

tegulis ustum constat imbres et fulmina incitat similiter
caput et guttur si roborum lignis accendatur imbrium
et tonitruum copiam facere dicitur. Sed suffumigationes
sub opportunis stellarum influxibus faciens demonum
idola in aere vel alibi protinus apparent, preterea
certis suffumigiis quedam animalia congregari vel
fugari. Sicut de lipare refert plinius suffito omnes
bestias evocari sic e summo gutture cervi ustis ossibus
congregari serpentes. Cornu vero cervino suffugito fugari
idem faciunt penne pavonum suffite similiter arteriso
pulmone asini venenata omnia fugere. Ungula Ungula
equi suffita in dono aliqua effugari mures. Idem Equi
fieri ex ungula mule muscas quoque effugari. Ea
si de sinistro pede fiunt vapore autem huiusmodi corpus
aliquod efficere virtutem huic infundere ac diutius me
conservare non secus arbitrandum est atque conta
giosus quidam et ac venenosus pestilentie vapor
etiam ultra biennium in pariete domus servatus habi-
tantes inficit, utentes idcirco imaginibus et annulis
et similibus magie instrumentis suffumigationes
certe adhibentes quas haud parum conferre porphi-
rius testatur. Sic ubi ad solem corpus aliquod di-
rigamus suffumigamus cum solaribus. Si ad
lunam cum lunaribus et similiter de cunctis faciebant

Caput Trigesimum tertium

Si conficimus pro sole suffumigationes ex ambra croco
musco ligno aloes ligno balsami et ex fructibus

ope bono ut sunt amor benivolentia et similia suf
fumigium debet esse bonum redolens ex preciosum In
malo aut ope ut sunt discordia odium calamitas
et similia suffumigium debet esse fetidum et vile spes
vero quibus utimur ad suffumigium bonum sunt
sicut lignum aloes ambra muscus spica thus
mastix crocus Thimerina nux muscata Cariofili
Cinamomum et eiusmodi Ad malum vero sunt
sulphur attramentum myrrha sandalis rubi fel
oleum stercus pix poma putrida acetum et vinum
putrefactum, et fel vini

Caput tricesimum quartum

Fascinatio et ligatio que ex spu fascinantis per oculos
fascinati ad cor eius ingressa pervenit fascinationis
aut instrumentum species est sicut vapor quidam
et purus lucidus subtilis a cordis calore et puriore
sanguine generatus hic similes sibi radios
per oculos fabi semper emittit Radii isti emissi
vaporem spiritualem secum ferunt vapor ille sanguinem
sicut apparet in lippis et rubentibus oculis cuius
radius usque ad cobinos spectantis oculos ~~morbo~~
~~simili laborare sic patefactus Et in aliquem intentus~~
emissos vaporem una secum corrupti sanguinis
trahit cuius contagione cogit spectantis oculos morbo
simili laborare sic patefactus et in aliquem intentus
oculus cum forti imaginatione per suorum radiorum
aculeis que spes vehicula sunt ipsum in adversos ocu-
los iaculatur qui quidem lentus spus fascinati
dimorberans oculos cum a percutientis corde incitatur

corpus agere sed in propinquo atque illud per radios visu-
ales per que fascinationis et huiusmodi contactus quadam
simili affici qualitate Spiritus autem nostri qui vapor
est sanguis purus subtilis lucidus tremens atque unctuosus
Idcirco conducit collirium et similibus vaporibus conficere
quia cum spiritu nostro magis consonant in substantia
tum propter similitudinem magis allicuntur attrahunt
spiritumque transformant similes virtutes unguenta
quedam et alie confectiones possunt hinc per contactus
quandoque egritudinis veneficia vel amores inducuntur
quibusdam rebus manibus vel vestibus iunctis Sicut
per oscula quibusdam rebus in ore retentis amores in-
ducuntur ut apud Virgilium legimus ut cum te gremio
accipiat letissima Dido Regales inter mensas la-
ticemque Lyeum Et dabit amplexus atque oscula dul-
cia figit occultum inspires ignem fallaxque venenum
Visus autem quia reliquis sensibus clarius centus
acuciusque ac altius nobis rerum notas infigens Ma-
xime ac plus convenit cum spiritu fantastico
quod apparet in somnis ubi sepius nobis visa
sese offerunt quam audita vel reliqua fascinationes
Idcirco Collirium quedam visualem spiritum transformant
spiritus ille facile imaginatur afficit que quidem diversis
speciebus ac formis affecta ipsaque per eundem sensum
transmutat ad sensum exteriorem visum quo casu
causatur in eo talium spirituum ac formarum sensatio
suo modo ac etiam si et extrinsecus abiectis moveretur

ut putet se videre ymagines terribiles demones
et similia. Sic fiunt colliria faciencia demonum
umbras in aere vel alibi. Primus nos aspicere sicut
efficit collirium quoddam ex felle hominis et gatti
nigri et ex quibusdam aliis rebus conficitur. Sic
etiam huic ex sanguine vipere vespertilionis ac
hirci conficitur. Sic fiunt etiam quedam suffumiga
ciones vel inunctiones que faciunt dormiens loqui
ambulare et exercere opera vigilancium atque etiam
que quandoque vigilantes vix possunt efficere vel
ausint quedam faciunt nos sonos horrentes vel
delectantes nisque presentes et huiusmodi. Hec eadem
causa est cur maniaci ac melancolici credunt se
ea videre vel audire extrinsecus que non nisi in
trinsecus imaginacio fantasiatur. Hinc timent
non timenda et in suspiciones mirabiles ac
falsissimas incidunt et fugiunt neminem per
sequentem irascuntur et luctantur neminem
presentem, timent ubi non est timor. Hec et huiusmodi
similes passiones magis quibusdam confe
ctionibus similiter inducuntur vel per suffu
migaciones colliria unguenta pociones phil
thra et huiusmodi

Caput trigesimum sextum

Anima mundi quando per suam virtutem omnia
vel generaliter generata vel artificialiter facta fe
cundat infundendo ipsis proprietates celestes ad ali

quasdam virtutes inde suscipere possit / oportet autem
noscere certam suspendendi legem et modum huic
artificio congruentem ut scilicet fiant sub certa constel
lacione et consona ac fiant dicte ligaciones et sus
pensiones cum filis metallinis vel sericeis vel cum
capillis vel nervis vel pilis vel ceteris ceterorum a
nimalium fictis. Involucionis vero fiant in foliis
herbarum et pelliculis animalium vel certis panniculis
et similibus quatenus talis res inter se consentiant
ut si solarem alicuius virtutem tibi consiliaturus
fuis hanc involutam lauri folio vel pelle leonis
filo aureo vel sericeo crocei coloris collo suspendas
sole in figura celi regnante. Sic enim solaris
virtutis huius rei poteris evadere compos. Si satur
nalis rei alicuius virtutem optas hanc similimodo
saturno dualute involvas pelle asini vel cum
panniculo funerali presertim si ad tristiciam operaris
filo nigro suspendas et similimodo de reliquis
estimandum est

Caput trigesimum septimum — Annuli

Annuli cum quos semper magnificat antiquitas
quidem oportune fabricantur similimodo suam in
nobis promant virtutem quatenus gestantem spiritum vehe
menter afficiunt letum vel tristem mansuetum vel
tribulem timidum vel audacem amabilem vel odio
sum cum quatenus moveant nos contra consuetudines

venerea hostes Cacodemones et conta quinque alia
noxia vel nos obligant eisdem Modus autem consti-
nandi Annulos huiusmodi talis est Cum scilicet
stella aliqua ascendit fortunata et a luna feliciter
aspecta vel sibi coniuncta debemus lapidem herbamque
huic stelle subditam accipere atque Annullum ex
metallo huic stelle conformi fabricari et in eo lapil-
lum infigere herbe vel radici subiectam denique inscri-
ptiones ymaginum nominum caracterum Preterea ad
suffumigationes non pretermittere, sed hec alibi discutiemus
ubi de ymaginibus et caracteribus tractandum est
Et sic legimus apud philostratum hiarcham sapientum
Indorum principem et Annulos hac lege confectos
septem planetarum virtutibus ac nominibus insignitos
tradidisse apolonio quos postea ille singulis diebus
singulos gestavit secundum dierum nomina distinguens
Similiter Moyses hebreorum legis lator ac princeps
qui in Egipto magia imbutus fuit Annulos amoris
et oblivionis fecisse legem

Caput trigesimum octavum

Passiones animi nichil aliud sunt quam motus quidam
sive inclinationes provenientes ex apprehensione alicuius
rei tanquam boni vel mali convenientis vel disconvenientis
Apprehensiones autem huiusmodi sunt triplices videlicet sen-
suales rationales mentales et secundum has tri-
plices sunt in animo passiones Nam quamque sequuntur

sine timore Quandoque vis ipsa irascibilis surgit
in vindictam Et hoc fit solum circa malum pre
teritum tamquam illate iniurie seu lesionis Et
sic causatur ira Et ita reperiuntur undecim
passiones in ipso animo scilicet amor odium desiderium
horror letitia dolor spes desperatio audacia timor
ira etc

Caput trigesimum nonum

Passionum anime quando sensualem apprehensionem
sequitur vim rationalem habet fantasia seu virtus
imaginativa hoc enim de sua presentia mixta pas
sionum diversitatem primo diversimode alterat et
transmittat corpus proprium transmutatione sensibili
mutando accidentia in corpore et movendo spiritum
sursum et deorsum ad extra vel ad intra Et di
versas qualitates producendo in membris sic in ve
recundia moventur ad cerebrum sic in gaudio
dilatatur cor ad extra paulatim in tristitia pau
latim constringitur ad intra Similiter in ira
Et timor scilicet subito rursus ira vel cupiditas vin
dicte producit calorem rubedinem amarum saporem
Et alvi fluxum Timor inducit frigus cordis
trepidationem vocis defectum atque pallorem tristitia
sudorem Et albedinem Ceruleam Misericordia
etc quequidem tristitia est sepe miserantis cor
pus male afficit ut alicuius corpus videtur male

affectum palam quoque est inter amantes aliquos adeo
fortem esse ligaturam amoris ut quod patitur
unus eorum paciatur et alter anxietas etiam inducit
siccitatem atque ingredinem Quantos etiam calores
cupido amoris concitet in epate et in pulsu no
scunt medici Ex huiusmodi nomine amate in pas
sione heroica dependentes sicut Jonem nasistra
tus cognovit anthiocum amore stracanice captum
Manifestum preterea est passiones huiusmodi quando
vehementissime sunt nonnumquam posse mortem
inferre Et hoc apud vulgus palam est nimia
leticia tristicia amore odio interdum mori homines
sepe etiam morbo levari sic legimus sophoclem
et dionisium sicilie tyrannum utroque accepto traice
victorie Nuncio subito mortuos sic mater viso
filio e cadnensi prelio redeunte repente obiit quid
etiam tristicia possit omnibus notum est Scimus etiam
Canes nimia tristicia de morte dominorum suorum
sepe mortuos fuisse Nonnumquam etiam ex huiusmodi pas
sionibus morbi diuturni sequuntur et quandoque
curantur Sic ex alto prospicientes aliqui pre
timore nimio contremiscunt caligant quandoque
etiam sensus amittunt sic singultus febres ac
morbi comiciales quandoque sequuntur quandoque
vero recedunt quandoque mirabiles quidem effectus
provenerunt ut in Cresi filio quem genitrix mutum

ediderat motus vehemens auditasque vocem excussit
quam nam longe negaverat sic repentino quodam
casu affectus vita sensus motus subito membra de-
stinuit ac sepe statim revertuntur

Caput quadragesimum

Passiones supradicte quandoque ulcerant corpus
per modum imitationis propter virtutem quam habet
similitudo rei ad transmutandum quam vehemens
movet imaginatio sicut in stupore et congelatione
dentium ex visu vel auditu aliquo vel quia videmus
vel imaginamur alium comedere res tuas sic
videmus alium oscitare et oscitat et aliqui
quando audiunt acida nominare lingua acquiescit
molestia et tetri alicuius spectaculi gustum inficit
et provocat nauseam quidam sanguinis humani aspectu
syncopisantur nonnulli cum alicui amarum cibum
afferri vident sentiunt in ore salivam amaram
& narrat gallus parisiensis se vidisse hominem
qui solo aspectu medicine movebatur quotiens
opus erat motu expurgationis nec nec substantia
nec sapor nec odor ipsius medicine ad eum pervenisset
sed sola similitudo apprehensa hac ratione seminantur
se ardere vel esse in igne quandoque cruciantur
intollerabiliter tanquam si vere ardeant tamen veri-
tas et substantia ignis apud eos non est sed sola
similitudo per imaginationem apprehensam quantum est ipsa

Imaginacio possit in ipsam animam nemo ignorat. Est enim substancie anime vicinior quam sensus quare etiam plus agit in animam quam sensus sic mulieres per fortes imaginaciones somnia suggestiones sepissime inducuntur et ligantur in amorem alienus arothimum etc.

Caput quadragesimum primum

Passiones anime que fantasiam sequuntur quando vehementissime sunt non solum possunt imitari corpus proprium verum etiam possunt transcendere ad operandum in corpus alienum. Ita quod admirabiles quedam impressiones producantur in elementis et rebus extrinsecis atque morbos quosdam animi sine corporis sic possunt auferri vel inferri. Sic refert Avicenna quod ad imaginacionem alienus cadat caniculus sic pregnantis mulieris cupiditas agit in corpus alienum cuius inficit fetum in alio rei desiderate. Nota sic nocendi cupiditas quam perniciosissime homines fascinat et huiusmodi plura. Ma infestum enim est corpus a vapore alterius corporis morbidi facile infici quod in peste et lepra palam videmus. Rursus in vaporibus oculorum tanta vis est quod possunt proximum fascinare atque inficere. Sicut regulus et catoblepa aspectu suo homines interimunt et femine quedam in scithia et apud Illiricos et Triballos quem irate aspexerint

pimebant nemo ergo miretur et simulmo corpus
et animam unius ab animo alterius posse similiter
affici Cum sit animus multo fortior potentia ferven
tior motuque velocior quam vapores et corporibus ex
alantes nec eos desunt indicia per que operatur neque propria
nimis subierunt corpus alieno animo quam alieno corpori
hoc modo ferunt hominem agas in alterum ideo preci
piunt physici consortium malorum atque infelicium ho
minem fugere procul horum si quidem anima no
xiorum plena radiorum calamitosa contagione
propinquos inficit et commisso bonorum ac felicium
consortia precipiunt appetere quoniam sua propinquitate
multum nobis prosunt Sicut enim odor et assa fetida
vel musco sic et bono boni et malo mali ali
quid prosilit in proximum ac diu quandoque perseverat
infusum Nunc vero si passiones supra dicte tanta
vim habent in fantasia certe maiorem habent
in ratione Quatenus ratio ipsa phantasia est excel
lentior multe denique maiorem in mentem hoc autem
quando ad beneficium aliquod tota animi intentione
erga superos defigere corpus tam proprium quam alienum
erga quod est affecta afficit hoc modo legimus ab
apolinio pythagora empedocle philolao mira
cula facta fuisse de his latius patebit infrascriptis
ubi de religione disseremus

Caput quadragesimum secundum

Passiones animi a celo plurimum iuvantur potentis

Caput quadragesimum tertium

In martio ad timorem vel discordiam In venereo ad
amorem vel leticiam In mercurio ad persuasionem
Radix autem huiusmodi ligationis ipsa est affectio
anime vehemens et exterminata cum concursu or-
dinis celestis Dissolutiones autem vel impediciones huiusmodi
ligationis fiunt per contrarium affectum et illum qui-
dem excellenciorem et forciorem Nam sicut maior
animi excessus ligat Ita etiam impedit et soluit /
Denique ubi times venerem oppone saturnum
Ubi saturnum times oppone martem venerem vel
Jovem hos etiam inimicos et maxime contrarios
Inimicum esse ferunt astrologi hoc intelligitur affectus
diversos et contrarios In istis inferioribus causantibus
Nam in celo quidem ubi nichil deficit amore iuncta
reguntur odium seu inimicicia esse minime potest

Caput quadragesimum quartum

Dicunt philosophi maxime arabes animam humanam
quando per suas passiones et affectus ad opus aliquod
attenuatus fuerit coniungi ipsum cum stellarum animis
etiam cum intelligenciis et ita quoque coniunctum causam
esse ut mirabilis quedam virtus operi et rebus in-
fundatur tum quia in eo est omnium virtutum appre-
hensio et potestas tum omnes res habent naturaliter
obedienciam ad ipsum et de necessitate habet
efficaciam et movent ad id quod animus desi-
derat forti desiderio Et secundum hoc verificatur
artificium caracterum Imaginum Incantacionum

& sermonum quorundam et plurium aliorum experimentorum
mirabilium ad omnem rem quam animus affectat hoc
modo quicquid dictat animus amantis habet efficaciam
ad amorem et quicquid dictat animus fortissime odi-
entis habet efficaciam nocendi et destruendi et sic
in omnibus que affectat animus forti desiderio omnia
enim que tunc agit et dictat et caracteribus et vobis
figuris sermonibus gestibus et huiusmodi omnia sunt
adiuvantia appetitum anime et acquirunt mirabi-
les quasdam virtutes tunc ab anima operantis in illa
hora quam ipsam appetitus huiusmodi maxime invadit
ab oportunitate celesti animus enim noster quando
fertur in aliquem magnum excessum alicuius
passionis vel virtutis accipit in se horam et op-
portunitatem fortiorem meliorem et magis convenientem
quod ecce thomas aquinates in libro tercio contra
gentiles probat sic mirando multe virtutes admi-
rabiles quasdam operationes causantur et ~~operantur~~
sequuntur per grandes affectus in rebus illis quas
dictat tunc anima in illa hora ad illas sed
illud scias huiusmodi res nichil vel saltem parum
nisi auctori earum conferre atque illi qui iam
inclinatur ad illas ac si iam esset auctor illarum
et hic est modus per quem invenitur efficacia
ipsarum et sit tibi generalis regula in istis
quod omnis animus qui est magis excellens in suo

desiderio et affectu ipso efficit sibi res huiusmodi magis
aptas efficaces et potentes ad id quod appetit

Caput quadragesimum quintum

Vultus autem et gestus corporisque motus et situs et
figure nos super nobis adhibite ad celestia munera
capienda conducunt nosque superis exponunt certosque
in nobis producunt in secus atque in elleboro quam
quidem herbam colligens sive folium sursum tra
hat sive deorsum hoc ipso motu causat ut humo
res educat sursum vel deorsum quantum est vultus
vel gestus imaginationem spiritumque animalem affi
ciunt nemo ignorat sic coeuntes ad partem vultus
plerumque quos ipsi tunc agunt vel imaginantur so
lent nascituris filiis imprimere sic elementis ac letus
In urbe principis vultus letificat populum ferox
vel tristis repente perterret, sic facile misericordiam
movet gestus ac figura lugentis sic facile amo
rem excitat amabilis persone figura sic narrat
plinius quod assidere gravidis vel cum remedium
alicui adhibetur digitis pectinatis mutat sese com
plexis veneficium esse id quod compertum alemena
parente penis fore si circa unum ambove gemit
id fiat sumitur poplites alterius genibus imponere
veneficium est Ideoque hoc in consiliis ducum potatumque
fieri vetitum velut omnis actus impedientia dicere
autem debes huiusmodi gestus ac figuras tamquam corporis

armonias ipsum non secus exponere celestibus quam odores
et medicine spiritus atque passiones interiores animam
cum quemadmodum medicine et passiones ceteris celi dispo-
nibus calescunt. Sic ecclesiastes gestus ac motus corporis ceteris
celestium influxibus efficaciam nanciscuntur. Sunt pre-
terea gestus saturnum referentes qui sunt tristes mesti
ut planctus capiti ictus etc. Religiosi ut genu flexio
aspectu deorsum flexo vel fixo pectori ictus vultusque
consimiles et austeros & ut scribit Satiricus ob-
stipo capite et figentis lumine terra murmura cum
secum et rabiosa silentia rodunt atque ex porrecto
truncantur verba labello Jovem vero referunt vultus
hilares et honesti gestus honorificii vel manuum
commotio quasi plaudentis sive laudantis. Item genu
flexio capite sursum elevato tanquam adorantis Martem
referunt gestus acres feroces audaces iracundi vultusque
consimiles. Item deambulationes et genu flexio
unico genu tanquam honorantis Regem. Venerei sunt
ut Choree amplexus risus vultus amabiles &
leti. Mercuriales sunt inconstabiles strenui ludi-
briosi et huiusmodi. Lunares sunt mobiles venefici
pueriles et huiusmodi. Quicunque autem studio actione mo-
tu vultu passionibus anime celestia oportune
imitantur hic tanquam superis similioris potest inde
recipere dotes

Caput quadragesimum sextum

certum tempus sepelire in lupanaribus ut cum hoc lo
co iam venerea quadam facultate afficiatur non
secus ac res que stat in loco fetido effico sordida
fetidaque Et locus vero que saturno correspondent sunt
quales loca fetida tenebrosa subterranea Cemiteria
Et loca religiosa et hominibus destita habitacula
Et vetustate corrupta Et huiusmodi Jovi attribuuntur
loca quibus privilegiata Consistoria Civilis Judicii
Gymnasia scole Mars tenet deserta sylvas
rupes Et Incunia saxa Item loca in quibus fit
Exequutio Criminalis Judicii Item carnificinas
Et huiusmodi ad solem pertinent loca lucida Item
aer serenus palacia regum et principum aule
Et ambitus Et huiusmodi Venus autem incolit fontes
amenos viridaria prata floridos hortulos ornata
cubilia Et lupanaria Et huiusmodi, Mercurius optinet
foros mercionales tabernas et consilia Luna pos
sidet maria aquas fontes flumina littora
naves item montes nemora sylvas diciturque
varios lucos in errans Item reconditoria frugum
Et vias publicas, Et similia denique ubi colli-
gemus herbam saturnalem vel marcialem vel
Jovialem Jubent nos ad orientem spectare
vel ad meridiem primum quia gaudent esse ori:
entales a sole alterum quia domicilio eorum

principaliter sunt signa meridionalia scilicet aquarius
scorpio et sagittarius similiter capricornus et pisces
ubi vero colligimus venerea mercurialem vel
lunarem spectare iubent usque occidentem vel
versus septentrionem quia principalia eorum do
micilia sunt signa septentrionalia Thaurus
gemini cancer et virgo In opere vero solari semper
versus orientem vel meridiem Immo potius ipsum
solare corpus atque lumen

Caput quadragesimum septimum

Veneficiorum quoque tanta narratur esse potentia
ut credant omnia inferiora subverti et tabescere
posse quemadmodum canit virgilius has herbas atque
hec potio mihi lecta venena ipse dedi Meris
nascuntur plurima ponto his ego sepe lupum
fieri et se concludere sylvis merim sepe animas
tuis prodire sepultas atque satas alio vidi tra
ducere messes Et idem alibi de sociis ulixis
quos homines et facie dea sena potentibus her
bis induerat Circe in vultus ac terga ferarum
et paulo post picus equum domitor quem ca
pta cupidine coniunx amica percussum virga
versamque venenis fecit avem Circe sparsit
que coloribus alas Sunt autem huiusmodi veneficiorum
species quemadmodum narrat lucanus de venefica

illa thessala Manes evocant huc quicquid fetu
quevit natura sinistro Miscetur non spuma canum
quibus unda timori est viscera non lucis non duce
nodus hyene defuit et corni pasti serpente Medul
la non puppim etc Et apud Apuleium de pam
phile illa venefica

Caput quadragesimum octavum

Nunc vero narrabo tibi quedam veneficia ut
horum exemplo tibi parata sit via ad totam
hanc consideracionem Et his igitur sunt sanguis
menstruus qui quantas in veneficio vires habeat
modo videamus Nam ut dicunt acescunt musta
novella nitis eius contactu In perpetuum ledere ste
rilescunt fruges moriuntur insita Exiccantur hor
torum germina Et fructus arborum decidunt spe
culatorum fulgor aspectu ipso hebetatur Et acies
ferri incultus tonsorum eborisque nitor perstringitur
Ecce ferrum rubigo protinus corrumpit Es ecce
contactum grave virus diri odoris Et eruginem
in rabiem aguntur gustato eo canes atque infa
nabili veneno morsus infigere alvei apum emo
riuntur tactisque alvearis fugiunt limaque cum
coquuntur ingrescunt eque si sint grande con
tacte ab eo aborsum patiuntur Aborsum ecce
facit illitum pregnantibus Item asine non concipiunt

tot annis quot grana ordei eo contacta comedunt
Rursusque pannorum menstruorum si quis eam asper
gat lavandum vestibus purpuram mutat floribus
colorem adimit ferunt tercianas quartanasque fe
bres menstruo in lana arietis nigri in argento bra
chiali incluso, preterea tercianas quartanasque effica
tissimum dicitur e plantas egri cum eo subtilius multo ef
ficacius ab ipsa muliere etiam ignoranti sic comi
ciales impetus morbosque sanari Sunt omnes vero conveniunt
Si aqua potusque formetur a morsu canis supposita
tantum calici licinia menstruo tincta statim metum
eum destitui pecora ferunt mulatas in mense si sege
tem ambiaverit Erucos ac vermiculos scarabeosque
ac cantarides ac noxia animalia decidere Cavendum
vero ne id oriente sole faciant sementem enim arescere
similiter abigi grandines turbinesque ac contra fulgura
prodesse horum plura plinius ipse recitat Illud
scias magis venenum esse si decrescente luna acci
dat sed vim eius maiorem si in crescente luna
contingat Si vero in defectu solis lumine evenit
irremediabile fieri maximi vero ac potentissimi
vigoris esse quando purgatio illa primus annis
evenit atque in virginitate prima sit id quoque
convenit Et ut tactis omnino postibus domus irritum
in ea fit omne maleficium, preterea ferunt quod

quod fila vestis contacte ne igne quidem vincuntur
atque si in incendio proiciantur non nocent am-
plius dicitur quoque quod si radix peonie cum castoreo
et littura pannorum menstruosorum detur patienti
sanari morbum comicialem preterea si stomachum
morbi comicremanent assaneriscque iungasque de pannis
menstruosis suffitu eo balistas nil proficere ad vena
tionem capillis etiam mulierum menstruose si sub fimo po-
nantur generari serpentes ac etiam si crementur fugari
odore serpentum tanta vis eius veneficii ut sit ve
nenosus venenum

Caput quadragesimum nonum

Est et hyppomanes. Carunculam vero veneficia haud
parum famosa carice magnitudine color nigro quod
in fronte nascentis pulli equini apparet quem nisi
statim mater vocaverit animum a filio penitus aversum
habet et fetum non alit ob hoc maxime vim
ad amorem concitandum ferunt quando in pulverem
versa cum amantis sanguine in poculis proprimatur
Et est veneficium quod etiam hyppomanes dicunt
virus illud quod ex equorum inguinibus defluit
quo tempore feruntur in amorem furorem cuius me
minit virgilius ubi canit hunc demum hypo-
manes verum quod nomine pastores dicunt lentum
distillat ab inguine virus hyppomanes sepe male
legere noverce Miscueruntque herbas et non in noxia

Vba hinc et Juvenalis Satyricus hypomanes Car
nemque loquor coctumque venenum pruinguoque datum
hyena etiam multis veneficiis inficitur Nam ut
refert plinius sanguine eius postibus tactis fert
prestigiorum infestari artes nec posse alii duos nec
colloqui quocumque modo tententur Item tali sinistra
crure decocte cum sanguine mustelle promotos omnibus
odio evenire Id fieri oculo decocto Rursus et
tremam fistulam intestini contra ducum et potestatum
iniquitates ministrari et ad petitionum successus
iudiciorum ac litium eventum pollere si omnino equali
tatem quis secum habuerit Eiusdem quoque cauerna
sinistro latro religata amatorium esse tam prius
ut illico sequatur frontis vero cornu fascina
tionibus resistere Basilisci quoque sanguinem quem
et sanguinem basilisci vocant tantas in veneficio
viris habere ferunt ut gerenti ipsum tribuat
successus petitionum a potestatibus tum etiam a diis
precum morborumque remedia et beneficiorum mo
nera dicunt quoque rhicinum si evellatur et aure
canis sinistra cui non insit nisi nigri color in au
gurio vite vim magnam obtinere Nam si etiam respon
dit ei qui intulerit a pedibus stante interrogantique
de morbo certum esse spem vite moriturum vero
si nichil responderit dicunt quoque lapidem a
cane rabioso morsum pollici presertim si ingatur

cum herba eiusdem nominis scilicet cinoglossa Idem fieri
membranam et secundum canes habentem fugere,
aut cor caninum habentem canes Item narrat
plinius ranas rubetarum nomine qui in viperibus
tantum degunt plenas veneficiorum miranda de his
fieri Nam officulum quod est in sinistro latere directo
in aquam statim ferme Canum impetus eo cohiberi
Amorem concitari et virgia addito in pocionem
addito libidinum adalligatum stimulare et contra
officulum quod est in dextro latere refrigerari aquam
ferventem nec postea ferme nisi exempto quartas
ab eo sanari adalligato in pellicula agnina recenti
alasque febres atque amorem libidinemque cohiberi, lieu
vero an cor et his ranis contra veneficia que fiunt
et ipsis efficacia auxilia hoc plinius recitat Dicitur
etiam ferrum quo homo occisus sit mirandam inter
veneficia vim habere Nam si fiunt ex eo morsus
equi et calcaria ferunt cum eo omnem equum vel
ferocissimum facillime ~~regi~~ regi et superari Et si
et eis ferrentur equi pedes ferunt ipsum velocissimum
fieri nec ullo modo lacessere volunt preterea
caracteres et nomina quedam insignari debere di-
cunt etiam si quis mergat gladium quo decollantur
condempnati ad mortem in vino, quicumque de
hoc eger biberit liberatur a febre quartana

Feb. Quartana Curatio

Caput Quinquagesimum

Actus quoque certos et observationes certam veneficiosae
vim obtinere tradunt ut credant morbos
quosdam sic vel auferri posse vel inferri sic ferunt
quartanas abigi si pro segmina unguium egri
ligentur ad collum anguille vive in linteollo
Quartana ipsa sit in aqua remissa et narrat plinius quod
et egro resegmina et pedibus manibusque certa per
mixta ita ut dicatur quartane tertiana vel
quotidiane febri remedium fieri atque sic ante
solis ortum aliene janue affigatur remedium fore in his
morbis similiter cum resegmina unguina si ad
cavernas formicarum injiciantur ea que primo ceperint
trahere corruptam iubent collo subnecti atque ita discuti
morbum et ex ligno fulmine ictu reiecto post terga
manibus aliquid demorbari ferunt et in quartanas
fragmentum clavi et cruce involutum lana subnectunt
collo aut spartum e cruce librato condunt caverna quam
sol non attingat. Et immaturam morte raptorum strumas
parotidas gutture tactu sanari affirmant. Et dicunt
difficiles partus solvi cum quis lectum in quo sit
gravida transmiserit lapide vel missile et his que
tria animalia singulis ictibus interfecerunt scilicet hominem aprum
et ursam. Idem quoque efficere hastam velitarem evol-
sam e corpore hominis si tram non attigerit sagittas
et corpore evulsas eductasque si tram non attigerint sub
iectas cubantibus ferunt amatorium esse dicunt ces
comiciales morbos sanari cibo e carne fere octise
eodem ferro quo homo octisus est negant oculorum vicia

nec lippari oculos eos qui cum pedes lavant aqua inde
ter oculos tangunt Inguinibus medentur aliqui litium
tele detractum novenis septenisve nodis adalligantes
ad singulos nodos viduam aliquam nominantes Item
pecudis litus super dolentem lienem extendere dicente eo quod
medetur lieni se remedium facere Post hoc iubent
eum in pariete dormitorii ~~tect~~ tectone includi et ob
signari annulo ter novemque carmen dici liberat eodem
vicio lacte viridis urina in olla ante cubiculum dormi
Quod si nativitas esset nocturna tunc primo debet videri Luna. Et si ipsa est in loco apto pro yleth. ipsa erit yleth. Si vero non. aspice ad Solem. Et si fuerit in loco apto pro yleth. ipse erit yleth. Si autem non. tunc videbimus planetam. plures dignitates habentem in tribus locis. scilicet in loco Lune. et in loco oppositionis precedentis. sive coniunctio fuerit viciniorum sive oppositio. Et in loco partis fortune. Et si hunc planetam invenerimus in loco

Sextilis in signis longarum ascensionum. et trinus in signis paucarum pro quarta indicatur ptholo: 3o. tract. c. x.

Signa longarum ascensionum [illegible]

Quando yleth fuerit in signis obliquarum ascensionum. tunc locus sextilis in fortune: [illegible] yleth. et yleth est obediens. loco sextili in fortune. [illegible]

Locus sextilis vel yleth. si sit in signis longarum ascensionum. [illegible] habebit iudicium. Sed trinus qui fuerit in signis paucarum ascensionum. indicabitur pro quarta

[illegible] gradus. [illegible] antecedentes [illegible] et 24. [illegible] et in his quinque antecedentibus [illegible] loci [illegible] domus. [illegible] Et planeta [illegible] in illis 30 gradibus. a termino domus. dicitur esse fortis in illa domo. et si ultra distiterit. debilis est in illa domo.

De forma et figura corporis nati et complexione.

Volens igitur cognoscere dispositionem corporis, debet videre 4. primo ascendens. Secundo. planetas dominantes in ascendente primo sua corporali. Tertio. planetas dominantes in ascendente per multitudinem testimoniorum. 4to. Lunam et locum eius. Et secundum Haly. debent esse videri planete qui applicant Lune. et loco ascendenti. Similiter et stelle fixe in his duobus locis existentes. dicit enim coaptari stella sicut et planeta. Quantum ergo ad primum Si tempore nativitatis, Saturnus in ascendente dominium obtinuit, vel in loco Lune, et fuit orientalis. est vel erit natus mellini coloris, spissi corporis. nigrorum capillorum et crisporum, pectorisque pili nigri, oculi mediocres, corpus temperate magnitudinis. Vincet tamen in eius complexione frigiditas et humiditas. Et si fuit occidentalis erit natus subnigri, macilentus, parvi corporis, planos et raros habens capillos. bone compositionis, oculorum nigrorum. Vincet tamen in eius complexione siccitas. Si autem Juppiter fuit dominus dispositionis, locorum predictorum et fuit orientalis, erit natus albi coloris. et convenientis mediocrisque capillature. oculi eius mediocres, apte statuere, iuste magnitudinis, pulchri corporis, bonorum morum et vincet in eius complexione caliditas et humiditas.

Juppiter ex hominibus. sit hominem album habentem ruborem in facie. oculos non prorsus nigros. nares non equales et breves. calvum. in aliquo dentium habentem nigredinem. pulchre statuere. boni animi. bonis moribus. pulchri corporis, oculos magnos. barbam crispam

Dixit Messahallach. Saturnus signat hominem inter nigrum et croceum qui cum ambulaverit mergit oculos suos in terram. ponderosus incessu. adiungens pedes. et maret recurvos. habens pectus oculos et siccam cutem raram habens barbam. labia spissa, callidus ingeniosus. seductor interfector

Juppiter ex hominibus. sit hominem album habentem ruborem in facie. oculos non prorsus nigros. nares non equales et breves. calvum. in aliquo dentium habentem nigredinem. pulchre statuere. boni animi. bonis moribus. pulchri corporis, oculos magnos. barbam crispam

Et facit: cantos, graves, tardos, avaros, tacitos — maturos, bonos, benignos, modestos — et: crudelem, perfidum, fatuum

Et si fuit occidentalis, erit natus, albedinis mediocris capillorum subtilium, ex anteriori parte calvus, oculorum mediocrium, et corporis mediocris et vincet in eius complexione humiditas. Et si fuit Mars dominus dispositionis locorum predictorum et fuit orientalis, erit forma nati inter album et rubeum, et bone magnitudinis, spissi corporis, oculorum rubeorum, capillorum spissorum et mediocrium et vincet in eius complexione calor et siccitas. Et quando fuit occidentalis, erit forma nati multe rubedinis in colore, et magnitudinis corporis temperate, parvorum oculorum, et rarorum capillorum ac extensorum et flavorum, et vincet in eius complexione siccitas. Opera autem veneris, similia sunt operibus Jovis, nisi quod pulchrius est quod ipsa operatur, et acceptius ac delectabilius visu, et eius pulchritudo magis assimilatur pulchritudini mulierum, et erit pulchrioris figure et convenientioris qualitatis anime, corporisque mollioris, et proprium est eius oculos subruffos et pulchros facere. Mercurius autem si orientalis fuit, erit color nati sicut color mellis, magnitudo sui corporis temperata, bone compositionis, parvorum oculorum, et mediocrium capillorum, vincet in eius complexione caliditas.

Et si fuit occidentalis erit natus subnigredinis croceique coloris pertrahens, macilentus, vocem habens exilem oculorum concavorum, et pupilla oculorum eius assimilabitur pu:

Mars hominem rubeum, habentem capillos ruffos, et faciem rotundam, leniter homines de honestatem, habentem oculos croceos, horribiles aspectus, audacem vel citum, habentem in pede signum vel maculam, et sit calliditatem superbiam, levitatem, mobilitatem, acuitatem etc.

Venus, hominem album tendentem ad nigredinem, pulchri corporis et capillorum faciem habentem rotundam, et parvam habentem maxillam, pulchros oculos multos capillos, crassum ostendentem bene volentiam.

Mercurius, non multum album neque nigrum, frontem habentem elevatam et longam, et similiter nasum longum, raram habentem barbam in maxillis, et oculos pulchros non ex toto nigros digitos longos, sed quoque subtilitatem in opere et inquisitione.

et cum hoc quarta frigida et sicca

oculos pulchros et vincit in eo frigiditas et siccitas. Et
quarta a solsticio hyemali, usque ad equinoctium vernale facit
natum nigri coloris, et magnitudinis temperate, capillorum ex-
tensorum et rarorum, bone compositionis, et vincit in eo frigiditas
et humiditas. Particulariter etiam loca quorum forme
sunt similes formis hominum, de illis que sunt in zodiaco et extra
zodiacum, faciunt corpora bone compositionis et temperata. Illa vero
que non sunt de forma humana, sed de aliis, mutant tempe-
rantiam corporum secundum quod convenit formis suis, et faciunt ea
suis similia, inclinando ea ad maiorem magnitudinem vel mi-
norem, sive ad fortitudinem vel debilitatem, ad bonam compositionem
etiam vel malam. Nam illa que ad magnitudinem producunt,
sunt Leo vero Sagittarius, ad parvitatem ut piscis cancer
et capricornus. Similiter ille que sunt sicut 7 et 8 et 9
secundum id quod est anterius eorum, faciunt membra tendentia
versus grossitudinem. Et id quod est posterius eorum, trahit
membra ad macredinem et debilitatem. Et ille que sunt alterius
manerici, sicut est anterius sagittarii, geminorum et scorpionis
tendunt ad macredinem, et eorum posterius trahit membra ad
grossitudinem. Similiter virgo et Sagittarius, inclinant cor-
pora ad temperantiam, et bonam compositionem. Et scorpio piscis
et thaurus, inclinant corpora ad distemperantiam et malam
compositionem. Et generaliter si dispositor est unus, et dies alie res
concordant cum eo, indicabimus per dispositorem. Et si in dispo-
sitione dominabuntur plures planete, accipiemus illum qui fuerit
maioris testimonii, addendo, et minuendo illi ut convenit
et ex hoc sciemus formam corporis et eius complexionem.

De infortunatibus. et prosperis corporis mali.

Ad quod dupliciter accidit finis aspis. Sexto. Septimo. Quarto. hora duodecima. Cum Jove in ydra. hora sexta. aliqua infortuna fuit respexit. aut hora ista. minuto asperta oppressit. talis natus habebit infirmitates magnas. et hoc de infortunio hyemali. Saturnus assentibus. et infortunio. talis. assent in augmentum flegmatis et melancolie. Infortunatus aut: erunt sedes naturales planete dominate. et. hoc propter hujus. et sedes q signi sunt signa. in quibus stant significatores. et natales planete infortunati.

Saturnus cum luna de malis principalibus dolis. audito spasmum. visus. et flegma. Jupiter ad tussim. pulmonis rostas. rachiagines ac spuma. mars vero audito sinistri. renes. venas. et urina vesice. Sol vi: sum. sol. et arteria. nervos. et ora dextre parte urina. Venus. oculum epar et ranicum. Mercurius vero lingue: et gutturis. stomachi et ventris. mulieris pudenda. et ea sinistre parte urina. his vero significatis. sicut. patitur q ens: ea quo ens sol. q ens natus. hic urina principalia. generat et luna. habeat urina q esse pueri urine. et. q. ens. et. q. ens. et. q. ens

Regule de āmissione alicuius oculi. Pone. ut sit Luna in aliquo angulo ei⁹ fortunate ⁊ fortis vel cū Marte vel cū Saturno. ⁊ sint cornibus diametralibus. ⁊ Luna radiet ut apparet ⁊c. Sola ⁊ Sol sit in fortunatus in aliquo angulo ab his duobus planetis. ⁊ radiet applicando ⁊c. Item ⁊ Luna ⁊ Sol ambo

apparet

ut sit planetis. in
ii gradu Tauri.
⁊ posite in cornu.
⁊ radiet sorpi⁹ Luna
⁊ ♂ ⁊c.

ambo simul coniuncti: vel oppositi. ⁊ ambo in fortuna a Saturno vel a Marte. ⁊ quod detur in fortuna. in Sole sit planeta malus. ⁊ in fortuna Luna sit debilis ⁊c. Sola ⁊ propria

ppe visum ⁊ oculus. vel in cuius oppositu, natus extrahendus

qui oculus sinistr⁹ in dno oculo. Sit ⁊ Luna applicuit Soli ⁊ radiet: vel oppositu. ⁊ Sol hic fuit extra aliquam stellam ne:

ambo oculi in fortuna vel a Saturno vel ab aliquo.

bulosa corpulentia. natus amittet unum oculum vel utrosq; debilis fiet. Item quia Dracon⁹, qui fuit in asce⁹: dente nativitatis. natus de extrahet a stella dextera sua ⁊ a gradu ascē. erit amic⁹. Item si ppe nativitatis luna

esset in angulo occidentali, ⁊ essent ascendens vel Saturn⁹. ⁊ si sol hic ppe, essi in angulo, in fortunatus. ⁊ radiat ad ipsum vel in fortunes. ⁊ q; alter ⁊ solam in fortunat⁹ sit naturaliter. ⁊ in fortunas lumen. ascendens. ⁊ sic ppe ⁊ q; alter planeta q; in fortunat solam extra a medio vertic⁹ usq; ad meridiem. ⁊ q; in fortunat Luna ⁊ a meridie usq; ad occidentem. natus extrahet ambo oculi. ⁊ ppe si planeta erit occidentalis. Si aut occidentalis vel debilis fuerit. augeat sanguinem. vel vinum in venis oculoru. vel febrem ⁊ obtalmia ⁊c. Et si pars in congregatione tali, erit ventus. ozimum oculi sano. vel ppe ad vel robustum. Et si dextra fuerit pars ascendens, quia in angulo ⁊ ppe in unitas in fortunis. dicendum luminaria. vel unu⁹ ex his ramitur oculos, lupiendo, vel saltando, ligando vel sanando. Et si Saturnus dextra fuerit angulis, vel ab eis ppe: ppe. vel in amittet ppe despiciendo luminaria. vel ppe unu: oculu⁹ frigus. vel ppe magnu humiditatis, vel ppe magna volutas in oculos naturam. Item qui ppe nativitatis eorum esset in ascendens vel occidit. equus in medio vel ♐. ⁊ luna appropiat mortem. natus aut sine manibus vel multu⁹ ya: rietas in eis. Item qui natus habuit Jupiter in ♐

Gibbosi
Claudi.

Ceterum si ambo luminaria applicuerint infortunis, in angulis existentibus, vel cum in opposito luminarium infortunatrices fuerint, precipue cum luna fuerit in altero duorum nodorum, aut in loco, ubi sit cauda draconis alicuius planetarum, aut in signis infirmantibus, ut aries, taurus, cancer, scorpius et capricornus, contingent corpori gibbositatis impedimenta, vel alicuius membri destructio, ut claudicatio, desiccatio aut disiunctio. Et si fuerint cum luminaribus infortunatrices, ab ipsa hora partus, hec eadem impedimenta contingent. Si autem in celi medio fuerint, et super luminaria eleuentur, fuerintque loca earum in longitudine cum eis, adueniet hec impedimenta, pro accidentia maxima, plena timoris, ut est precipitatio vel casus in manus latronum, seu morsus feratum. Et si Mars fuerit, ille qui dominatur ex combustione ignis, vel ex plagis maximis, siue quia in latronum manus incidet, hec contingent impedimenta. Et si dominabitur Saturnus, erunt hec pestilencie, ex precipitatione vel submersione, aut ex paralisi. Impedimenta item que frequentius accidunt, cum luna in duobus punctis equinoctialibus et duobus solsticialibus existit sunt hec. Cum enim fuerit luna, in puncto equinoctii vernalis, causabit morpheam. Et si fuerit in puncto solsticii estiualis, erit impetigo. Et in puncto equinoctii autumnalis, morpheam rubeam. Et in puncto solsticii hyemalis, erit lentigo et similia.

et omnia signa, quorum figure silvestribus animalibus.
atque piscibus assimilantur, infirmitates proprie generant
que corrodendo augmentantur, impetigines quoque, excoriationes,
scrophulas, fistulas, lepras et his similia. Sagitta-
rius autem et gemini, faciunt infirmitates, de quibus homo
cadit ad terram et epilepsiam. et his similia.
Et si infortune taliter configurate: fuerint in fine signorum
accidunt infirmitates in extremis partibus corporis. ut est
cirogra, podagra et lepra. Si autem fuerint in medio si-
gnorum, erunt in media parte corporis infirmitates. Si vero
in principio, erunt in membris principalibus, sicut est cor vel
facies caput. Et si infortune taliter configurate, non
habuerint fortunas aspicientes se, nec fortune adiuva-
rent luminaria. vel si fortune aspexerint sed forsan erunt
debiles et infortune fortes, numquam talis ab infirmitatibus
curabitur. Et si fortune impedierint infortunas. et fue-
rint elevate supra eas, infirmitates non durabunt multum,
neque erunt turpes. sed leves. et hoc si infortune, fuerint
orientales. et infortune deiecte. natura enim generalis Jovis
est confortare corpus, et pestilencias removere. Et si venus
aspexerit mitigabit morbum, et pestilenciam aliqualiter. et hoc
faciet alleviamento grandi, divino ~~miraculo~~. vel propter aliquem
prophetam. vel hominem sanctum. vel per incantationes, vel per corra-
ctiones. vel per somnia a deo provenientia vel amicis dei.
Et si Saturnus fuerit cum ea, erit res illa nota et manifesta.
Et si Mercurius fuerit cum ea, erit hoc cum profectu et lucro

Status enim animi intellectivi proprie deprehenditur a statu Mercurii. Sic qualitas sensualitate a statu Lune. Quando enim hii duo planete appropinquant se, vel receptionem et participationem habuerint, sensus et intellectus nati, eum boni esse. Et si Mercurius fortior fuerit, sensus obediet intellectui. Et si Luna fuerit fortior, sensualitas repugnabit intellectui, natus enim plus sequitur sensualitatem et appetitum quam rationem.

bonitate malicia

que ad mores vitia

De qualitatibus anime nati.

Ad quod deprehendendum, vide statum Mercurii et Lune.

Si enim in signis mobilibus fuerint, signant subtilitatem intellectus, amorem laudis et rerum honestarum, bone cognitionis, amantem bonam famam, de rebusque divinis sollicitum. Si autem fuerint in signis duorum caporum significant animas diversorum morum, leviter se intromittentes de rebus gravibus, res diversas concipientes, inconstantes, pigras tardas, et cito eius quod faciunt penitentes. Et si in signis fixis fuerint, faciunt hominem gravem, maturum, magni ingenii, patientem laborum, amatorem fatigationum, resistentem fortiter vitiis, maxime luxurie, hominem diu retinentem iram, bonorum consiliorum. Et status planetarum orientalium, et earum figure, et maxime illi qui fuerint in sua alimentaria, faciunt animam liberam, idoneam, et in suspicionis consilio confidentem, fortem, acuti ingenii, largam, et apertam.

Stacio item planetarum qui sunt matutinales, vel quando sunt in medio celi, facit animas cogitatus magni, fortes, non permutabiles, memores, graves, magni cordis, immobiles, sine fraude, bone discretionis, operatives ac perquisitives, nobiles in vitiis scientiis petitas. Planete quoque in noctis principio ascites, et occidentales, faciunt animas lenes, stultas, debiles, non sufferentes laborem, leviter permutabiles, viles, infelices, pusillanimes, fessas, tarde mobiles, solitarias

Dormit nas cores sugrorum. Consequenter docet ecce naturas planetarum, quas habent per situm suum in comparatione solis et mundi.

Talis enim status planetarum est vim magnam quam habent planete et quod sunt in bono statu. Propterea talia faciunt.

Planete enim in hoc statu sunt complete fortitudinis.

Angulus enim iste, est magis complete fortitudinis omnibus aliis. 12. domibus. Et propterea convenit ut planete habeant in hoc loco talem statum, qualem habent, quod est complete fortitudinis.

Orientales, occidentales, ascites, cadentes. Planete stacio prima, gradus oppositi Soli, sub radiis Stacio ii Solis. Quando invenerimus aliquem planetarum, qui non sit in iste 4 figuris, de quibus agitur in textu, commiscebimus statum suum secundum suam operationem ad duos fines, inter quos erit planeta, et dabimus significationem parti, ad quam magis tendit.

Orientales stacio nati ad retrogradationem

Orientales
Stacio prima
oppositi
Stacio ii a

Et si cum stricte concors fuit. et in bono statu. faciet na:
tum male cognitionis, laboriosum, miserum et imbecillem, male
societatis, sine pietate, dehonestatorem bonorum, rixosum.
bellicosum, audacem, amatorem rixarum, proditorem, aliorum
perturbatorem, invidum, infidelem, homicidam, loquacem,
instabilem in factis et dictis, transgressorem, odio reges ha:
bentem et principes, amantem hypocrisim, superbiam crudelitatem.
gravem ad tollerandum, rusticitate plenum, ostentatorem, iniquum.
hominibus nocentem, querulosum, acutum, hec omnia mala perfici:
entem impune, et prosperum in eis. Et si fuit contrarium, erit
natus depredator, ac viarum abscisor, miser, male vite, ma:
li lucri, deum non timebit, nec aliquem amabit, blasphemator
perturbator, latro, deceptor, proditor, interfector, impius, homi:
cida, nigromanticus, depredator ecclesiarum, fornicator, adulter,
et generaliter nequam erit in omnibus. Et si Saturnus concors cum
venere fuit, et in bono statu. natus mulieres abhorrebit, se:
nes et heremitas amabit, honores non diliget, nec res pul:
chras, invidus, male societatis, ab omnibus separabitur, reget se
consilio suo, leget secreta, sciet leges, secretorum amator, di:
vinator, amans deum et legem suam, amator rerum dei, castus,
amator itinerum, promptus in litibus, et bellis pro defensione
legis, amator philosophie, fidelis, legalis, abstinentie magne, custo:
diet se a mala fama. tristis, zelotipus mulierum. Et si fuit
contrarium, erit natus, fornicator, magne turpitudinis, sine dis:
cretione, et limpiditate in luxuria sua, decipietur a mulieribus

presertim consanguineis, male fame, inhonestus in omnibus
rebus suis. secutor luxurie, omne factum bonum odibit, male
discretionis, ebriosus, secretorum amator, et luxuriarum contra na:
turam. cum [senibus hominibus] amosis et vilibus contra legem suam. et cum bestiis.
deum non verebitur, vilipendet secreta, et omnis [ecclesias] domos, erit in:
gromanticus, et de omnibus se intromittet. Et si cum Mercurio
concors fuit, [potentes ambo] et boni esse. erit natus ille, in iis artibus vel
negotiis in quibus versabitur, abunde diligens, atque in his ad:
ministrandis, singulari utitur sedulitate et cura, sciscitabitur o:
culta, studebitque incumbens ad arcana penetrare. rerum ac natu:
re causas inquiret, civiles constitutiones non ignorabit, hominum explo:
rabit secreta, quo fiet ut pro natura signi configurationisque
vel ad medicine rerumque naturalium, vel iuris civilis, vel grama:
tice terrarumque cognitionem, vel ad numerorum, aut rerum celi peritiam
ingenium suum applicet, vel ad hominum secreta intelligenda consi:
liaque pernoscenda, aut ad epistolas scriptitandas, aut ad mandata
explicanda, quod munus oratorum est proprium. aut ad alienas
res dispensandas, negotiave administranda. generaliter autem erunt
eiusmodi homines diligentes, sagaces, seduli, sciscitatores, inve:
stigatores, canti negotiosi, computatores, arithmetici, astrolo:
gi medici, iurisperiti, grammatici, scribe, quique ingenii veribus
ac pertinaci opera, quod sibi proposuerint, tandem consequantur.
Contra vero stellis istis male se [debilibus] habentibus, qui nascuntur, eva:
dent tristes, atque ab omni iucunditate remoti, perversi, dolosi, mi:
nites, seductores, insidiatores, fallaces, proditores, tortores ac supli:
ciorum ministri, quique odio malevolentiaque alios prosequantur.
fures, noctivagi, magici, venefici, venenorumque ministri, fal:

[illegible] solus [illegible] [illegible] loci Mercurii et lune. [illegible] ulla [illegible] [illegible] alio planeta

fortuna [illegible] [illegible] potens. exhibet omnes bonas virtutes

sectari, quique fraude, veneno, illecebrosisque captationibus
ac malis artibus cupiditati satisfaciant sue.
Et si Juppiter fuit solus anime gubernator, et in bono statu. 24
natus erit magnanimus, largus, iustus, verecundus, hilaris.
homines amabit, atque formosa, liberalis, mansuetus, egregius.
in suis operibus pius, benefaciet hominibus, et diligetur ab eis.
Et si fuit contrarium, erit qualitas anime nati similis predictis,
nisi quod in his erit debilior et sine discretione. loco enim li:
beralis, erit prodigus, loco verecundi, vilis, loco casti, fatuus,
loco diligendi, formosa, diliget delectationes, loco magnanimi
erit contumax. et his similia.
Quod si Martis Juppiter ipse assimiletur. et fuerit in bono
statu. qui tunc nascentur. futuri sunt iracundi, elati, in solem
appeti, truculenti, quique aliis subici nulla ratione paciantur. propter ani:
morum autem vehementiam, incauti precipitesque. in pericula sepe
incurrentes. contentiosi, rixisque atque litigiis dediti. quibus ex
letari videantur. procedente item etate gerent magistratus, presi:
debunt administrationibus, adipiscentur honores. Quod si stelle
iste deiecte fuerint. qui nascentur. facile in contumacia obprobriaque
prorumpent, erunteque obstinatis animis, singulari pervicacia,
summa petulantia, magna ingratitudine, fluxa fide, infor:
mis promissis, perdito luxu, immensa profusione. variantes con:
silio, mutabili voluntate, mira levitate, corruptis moribus, inexo:
rabili duritia, ingenti cupiditate, quos etiam invet discordiam sere:
re, turbas excitare, seditionem movere, rapto vivere, vim rapi:
nasque exercere, volutare, cedere, crimina ex immerenti impu:
gere.

Et si fuit ꝛuppti rouꝰ ad rem. ex⁹ ñ bono statu. natꝰ ꝯos effingit. pros. ꝛlegiosꝰ. bñ fros. puros simplexꝰ. ñ nocēꝫ. ñdos. ñdos. bñ ñstitutꝰ. remissos. publē bonī ac ñsti honestꝫ cultꝰ. elegantꝰ. grat⁹. modestos. prudēꝫ voluptuosꝰ. amatorꝫ ꝛbus dedit⁹. delectabunt. iusta rantibus ꝯuiuijs. ñnis. ludis theatralibus. picturis mul: gentꝫ. gremijs. uxoꝝ. oꝛnatꝫ. edificijs. aliꝫ rebꝰ artibus ꝯ subiꝯ ñstrandis uoluptatibus ꝛogat sint. Quod si hꝰ plurib⁹ fuit de ꝯuiuio. erit q nascent. ñ ḡbus dñi ꝛbus ma: xime ñtemperati. ut luxu dedit⁹ cor⁹ animi. crudeli mor: talitꝫ effeminat⁹. ñ rem. diuitia. ꝛsq amatꝫ pcm ad effundant. pdigā rem habeāt. uel ñ pacē. aut ñtē frāta agant. et q actꝰ hoīm. qui stꝫ mat⁹ ñ sūt qdūtabi. at ubi ñnꝰ ñfam⁹ fuerit. euadet hostiꝫ. ñtfabi. ꝛdeat magist. Quod si Mercurio ju: pit assimilet. et fuerit qualitate idonea. qui nascent pñ erunt. ꝛlegiosꝰ. bñ fr. ñtis. patrocinia pcurabitꝫ ꝛcor: dat. rem familiarem remunerabit. pecunijs abundabit. plebi accepti erunt. quib⁹ e ꝛbus honestꝫ dignitatibꝫ assequet. eloquio ozem dabit. aliꝫ ñ ꝯuiuijs plurim⁹ ualebit. Idem animos ꝯcolent grammat. geometre. mathematici. phi. poeti. et aliꝫ bonar⁹ artiū. euadetꝫ docti et ꝯsti. quib⁹ sacra: rijs. aduersarijs ꝯfidentiꝫ suis. et doctis a ñstitutis ac ꝛtis iudicijꝫ ꝯfidendo plurim⁹ alijs ꝯstant. Et si planeta hꝰ fuit de ꝯuerso. nati erunt stulti. insipientes. stupidi. nebu: lones. inertiꝫ aut negatores. maledici. iracundi. sapiꝫ simu: latores ac uerbis. multa sibi arrogā. fallaces. ꝛsultatores.

dns loci ☿ et ☽ nulli planeta adiunctus forte

Et si Mars fuit aie gubernator, solus, exus in bono statu, natus erit, fortis, et potens in oibus factis suis, aliorumq dux, aiosus, iracundus, armorum appetitor, ponet se sponte et voluntarie ad mortem periculum, nulli se humiliabit, audax, in suis verbis confidet, primus in bello, violentiam hoibus ingeret, sapiens ad alios gubernandos.

Et si hic planeta fuit deconverso, erit natus crudelis multum, dehonestator, detractor, sanguinis effusor, contentiosus, garrulus, stultus, superbus, depredator, sine pietate, malorum factor, malarum cogitationum, suos odibit parentes, et odiet oes hoies, inobediens deo et mandatis eius. Et si fuit hic planeta cum venere concordatus, et idonee qualitatis, natorum animos sic afficiet, ut futuri sint, leti, hilares, iucundi, benevoli, simplices, grati, ludis ac spectaculis dediti, in voluptatem atque in res veneris proni ac proclives, ne a maribus quidem temperaturi, sumptusque in his rebus plurimos facturi, obtrectationisque morbo, et zelotipia laborabunt, veneris quoque beneficio concupita facile consequentur. Et si hic planeta fuit deconverso, nati ipsi preter modum ac mensuram a libidine rapientur, nullus ab eis honesti respectus habebitur, nil illis sctum erit, quippe quorum ecce oculi procaces futuri sunt, gestus lascivi ac petulantes, verba illecebrosa et lenocinii plena, ac molliendis corrumpendis mulierum animis nata. Siquidem nuptas, virgines, matronas, omni arte sollicitabunt, nec convicijs contentionibus ve aut rixis parient, fas et iura promiscua habebunt, plura ecce per temeritatem patrabunt.

Hoc est verum hec predicta concordantur regulis superius positis. Et si discordant, vel si iuppiter aspexerit, alia non perficiuntur, licet effectus et inclinatio fuerint.

in gubernacione anime nati forte

Et si Mercurio Mars assimiletur, exitus in bono statu, erunt
qui nascentur, acuti, ingeniosi, impigri, versatiles, agiles, effica-
ces, astuti, subdoli, circumventores, tergiversatores, fraudulenti
simulatores, insidiosi, quique ad ea que volunt, facile summaque
cum dexteritate se accommodent, consequanturque concupita. Idem erunt
etiam loquaces, nec satis sibi constantes, malis etiam artibus imbuti,
ac formidabiles, curiosi, alienorumque consiliorum ac voluntatum ex-
plorators, quique alios nunc se artibus suis committant, atque hac
ratione in simultates et contentiones impellant. atque ut idem ipsi
in hostem acres atque vehemens sunt, sic de amicis optime
mereri student, quos sibi ipsis similes eligunt, magistratus ge-
rent, in quibus armati preerunt, forsitan et ipsi in militiam proficiscentur.
Et si planeta hic fuit de mali esse converso, nati ipsi futuri
sunt perversis moribus, precipiti consilio, mente elata, anda-
cia vel summa vel temeraria, nulla religione aut in deum
reverentia, manibus contaminatis, lingua petulanti ac
profana, fide incerta, inconstantique proposito, ut quod proposuerint
facile mutent, quin etiam incepti conventique peniteat, nec stare
pactis velint, factumque infectum cupiant verbis blandis ac falla-
cibus, horum quoque peculiaria sunt, mendacia, furta, perniciosa,
latrocinia, grassationes, sediciose factiones, parricidiorum patra-
ciones, false obsignationes, venenorum ministrationes, magice
incantationes, erarii compilationes, pecuniarum profusiones, criminum
impositiones, templorum spoliationes, noctiumque incendia atque eiusmo-
di generis scelera plurima. Quando autem Venus sola fue-
rit anime gubernatrix, exitus in bono statu, erit natus, pius
iustus, beneficus, quietus, sensatus, multarum deliciarum
alacer et limpidus sine aliqua rusticitate, amans saltationes,
valde zelotipus, amabit magisteria et deum multum verebitur

erit ere pulchre forme (figure stature) bone qualitate amabilis. for:
tunatus et prosper in negotiis et generaliter ad actus venereos
multum inclinatus. Et si hic planeta fuit de converso (impeditus).
natus erit piger effeminatus. procus qualitatesque eius mulierum
qualitatibus assimilabuntur. erit nullius animositatis nulli:
us discretionis, inhonestus et vilis, male fame, inconstans
et mutabilis. Et si hic planeta cum stercorio (gubernando 3 loca et 4 ...) concors
fuit et in bono statu (potentia) nati futuri sunt, nature ipsius pene
artifices, rerumque nature magistri, philosophi, poete, quique sci:
entes ac intelligentes dicuntur, optimeque instituti sunt, quorum ani:
mi affecti atque ere ornati erunt, pietate, mansuetudine, levi:
tate, hilaritate, comitate, urbanitate, in amicos benivolentia,
in deos reverentia, in miseros misericordia, in omnes bonos cha:
ritate. quibus profecto efficitur, ut ament honesta, probent equa,
sequantur legittima, rem familiarem frugaliter tueantur. stu:
deant prodesse quamplurimis. reprehendant ac detestentur farinoro:
sa et impia. Ipsi item propter ingenii bonitatem atque assiduam
mentis operam, cogitando, perscrutando, comentando, quorum rem
studiis capiunt, a semetipsis eas discent, ac cito proficient.
In summa, erunt blandi, deliciosi, elegantes, ornatus ac mundi:
arum studiosi, nec cantus suavitas et ea que musica dicitur, minus
quam verbum gratia ac sermonis facilitas futura est eorum comes.
Unde a metu suavitate, amabiles reddentur, eumque popula:
ris dilectio, amori tamen illicito et contra naturam dediti. Et si
hic planeta fuit de converso. qui nascentur erunt, maledici, male
sentientes, perverse cogitantes, obtrectatores, infamatores, corrupte
moribus, incompositi, contaminati, incommodi, artes sordidas exercentes.
criminabunt innocentes, decipient quos familiaritate videri vo:
lunt fuisse complexi. fallent in commerciis ac promissis, perjura:
bunt libenter, exultabunt dolis atque insidiis. calumnias struent.
mares feminasque ob libidinis impotentiam vitiabunt.

Et si Mercurius solus fuit anime gubernator, et in bono
statu natus erit intelligens, ingeniosus, sagax, beneficus
computator, coniector, contemplator, mathematicus, sapiens
in matrimoniis, bone cogitationis, tenens secreta, fortu-
natus in rebus suis. Et si hic planeta fuit de conver-
so, natos faciet vafros, protenos, obliviosos, impetuosos,
inanes, lenes, quos ob animi inconstantiam, incepti paulo post
peniteat. Idem ipsi sub fatuore speciem. Erunt neque maligni,
insipientes, mendosi, mendaces, instabiles, infidi, iniusti, quique
excellere ac prepesse, quoquomodo aveant, cogitationibus
vero adeo dubiis et periculosis, ut inde de gradu suo deie-
cti, sepenumero maximas in calamitates decidant.
Convenit etiam scire quod status lune dat his que diximus
aliquid adiutorii. Nam cum fuit in loco, motus a parte meridiana
adiuvat in mutando mores anime, ad movendum se cito.
Et quando fuit in duobus nodis, in acuitate voluntatis adiu-
vat, et ad transeundum per omnia facta cito et ut sit mo-
tus festivi. Similiter si luna fuit ascendens et aucta
lumine, adiuvat in augendo res istas, et in magis appa-
rendo et ut plus sciatur. Et si fuit lumine diminuta,
vel sub radiis abscondita, eas faciet magis esse absconsas,
et non ut ita fortiter coniungat: operabitur. Sol etiam dat aliquid
in manibus, quando se concordavit cum planeta gubernatore facti
anime. Ita quod quando concordavit se cum eo, existendo in bono
statu, erunt mores nati magis directi, accordati et temperati
ac nobiliores ac honestiores, et magis sine superbia. Et si
res fuit de converso, et sol non habuit concordantiam cum

Sol et luna dant significationem generalem, que est cuiuslibet essentie naturalis. Hinc est quod hic ostendit quod utrumque luminare dat planete gubernatoribus adiutorium solummodo.

Audit de maxima latitudine lune septentrionali et meridionali, ad quos mores conducit.

Luna in ecliptica quales mores habuit.

Volens aliquam rem facere, ut sit occulta, faciat dum luna fuit sub radiis, vel alter planeta de cuius significatione res illa est quam vis occultare.

planeta. erunt mores anime viliores ac debiliores. et separatim in sua voluntate ac modo et duriores prioris voluntate. generaliter ere ad meliorandum difficiles.

De impedimentis anime. si erit fatuus vel bone discretionis si semper et si non ff.

ad quod deprehendendum. inspice ad statum Mercurii et Lune. quo se habet unus respectu alterius. et qualiter existunt respectu angularum et planetarum infortunarum. nam si Mercurius et Luna non aspiciunt se aliquo aspectu. vel quod si non aspiciunt ascendens. et cum hoc sit nativitas diurna, et Mars esset in angulo forti. Et in nocturna Saturnus. et quod infortune aspiciant Mercurium et Lunam. significatur fatuitas, et per hoc differt fatuitas ab epilepsia. nam ad epilepsiam requiritur aspectus infortunarum. ad fatuitatem non. unde quicumque hec 4 contingunt, talis homo efficietur fatuus. feriens homines, nullam rem permittens ad se venire. et nulla res potest eum iuvare nisi manus dei. ut dicit Haly. Si autem due vel tres concurrant. erit fatuus quod non semper. nisi quando ☿ et ☽ fuerint in eo Scorpione vel piscibus. porro quicumque hec nativitatis hec concurrunt. primum quod ☿ et ☽ non aspiciunt se. Secundum quod neuter eorum aspiciat ascendens. Tertium quod Luna sit sub radiis solis. Quartum quod Mars impediat Lunam existentem sub radiis solis. Et quod Saturnus aspiciat Lunam decrescentem in lumine. per aspectum inimicum. quicumque hec omnia contingunt. talis homo erit demoniacus naturalis. et a nullo potest curari nisi manu dei. Si autem concurrerent duo, vel tria, erit demoniacus per medios annos, per menses, et potest curari, ut dicit Haly. Est autem dux demonium naturale et verum. Naturale demonium est, quod venit ex causis iam dictis. volens igitur cognoscere demonium naturale. videat primo. Si talis homo magis furit in et vel oppositum quam aliis temporibus, quia si sic. erit demoniacus naturalis. Secundo videat si tali homini hec noctis, apparet quod demones eum calcarent, vel eum vellent denotare et ma:

causa huius est, quia propter virtutes vegetativas in somno intendunt, commovent humorem roxium et venenosum in cerebro existentem, qui commotus opprimit ventriculos cerebri, ubi sitta est anima rationalis. secundum Galienum et apparet quod demon calcaret animam licet hoc non fiat

xime circa aurorem demonium naturale est et infirmitas naturalis.
Tercio videat si mane et nocte plus vexantur quam post meridiem demonium naturale est, quia tunc commovetur proprie humidum radicale, ut dicit Galienus et potest quandoque praeterire futura. Si autem oppositum fuerit et signa ista non inveniantur, demonium verum est et infirmitates que dicte sunt debent hoc modo considerari. Porro si infortune sic fuerint ut dictum est et non aspexerint eas fortune, talis ab infirmitate numquam liberabitur. Si vero due fortune fuerint in angulis orientalibus et infortune in occidentalibus erunt infirmitates curabiles. Si vero infortune fuerint in oriente et fortune in occidente propter fortitudinem infortunarum, erunt infirmitates discooperte et non poterunt curari. Et si contingat Jovem esse in oriente, curabuntur per medicinam. Si vero venus esset in oriente curabitur ex physica, custodiendo eum in loco secreto. Si vero infortune fuerint in angulis orientalibus et fortune in occidente, erunt infirmitates multum manifeste. Et si tunc temporis contingat esse eclipsim vel coniunctionem aliquam, erunt infirmitates adeo magne, quod erunt cum continuis clamoribus, et grandi periculo, ita quod mors potest inde venire. et maledicet deo et suis sanctis. Scilicet patrem et matrem, dicetque turpia et membra discooperiet, in homines faciendo insultus, et habebit versionem oculorum mirabilem, propter offensionem nervorum in cerebro. Ratione cuius, vulgus putabit esse demonium verum. Ceterum si inveneris constellationem predictam et Luna et ♄ fuerint in locis solis vel Martis adiuvabunt pro stultitia et mania. Si in locis Saturni pro caduco morbo. Si in locis veneris ad prophetizandum. Item quando tempore nativitatis sol et luna non aspexerint se, et neuter eorum aspiciat ascendens, et infortuna existens in angulo impediat luminaria in signis masculinis, tunc si natus masculus fuerit, erit adeo luxurie magne, quod in ea sensum amittet. et mortem pati:

etiam. Si vero mulier nascetur, erit adeo luxuriosa, ut mo:
dum ecclesie transgrediatur, et quod ultimate amittet sensum.

De prosperitate et divitiis nati.

Ad quod sciendum, considera partem fortune, et dispositorem
eius, et inspicies statum suum in comparacione mundi, et ad an:
gulos, et ad luminaria, sicut ad planetas, habent participacionem
secundum figuram, et eos qui elevantur super eum. Si igitur dispo:
sitor partis fortune, fuit fortis et potens, natus erit multarum
divitiarum, quod si duo luminaria aspexerint eum benigne, opu:
lentissimus homo erit et ditissimus. Porro si Jupiter fuit partis
fortune dominus, et ipse fortunatus, si in signo fuit terreo, erunt
divitie ex laboribus terre. Si in signo aqueo, ex laboribus ma:
ris et in aquis. Si in igneo, ex laboribus ignis. Si in aereo
erunt divitie ex mineris et lapidibus preciosis, et ecclesie ex parte mu:
lierum. Si vero fuit mali esse, oppositum iudicabis. Si autem Jupi:
ter fuit solus gubernator partis fortune, divitie venient ex con:
versacione spiritualium et religiosorum. Cum autem Mars, erunt ex du:
ctu exercituum in bellis, et hoc si Mars fuit potens. Si vero non
spoliabitur in bello, et amittet quicquid habuit. Venus autem sit quod
divitie erunt pro donis amicorum vel mulierum. Si autem Sol, di:
vitie erunt ex mercacionis industria. Ceterum Saturnus dominus partis
fortune existens, si assimiletur Jovi, erunt divitie nati ex bonis
mortuorum et testamentis. Si autem Saturnus miscebitur cum luna, e:
runt divitie a peregrinis. Ceterum planete sunt divitias si
fuerint in bono loco, et in suo haiz, et in aspectu bono, divi:
tias pollicentur durabiles. Si vero oppositum fuit, amittentur.

planeta aut dat vim suam, qui in aliqua suarum dignitatum applicat alteri habenti vim maiorem eo:

Hispaleu tamen in aquisicione Sbe nati considerat dominum Sedis domus, qui si fuit in ascendente, vel si dat vim domino ascendentis et non fuerit in domo cadente, sit lucrum sine labore. Et econverso erit: si fuit oppositum. Et si Jupiter fuit in aliquo angulorum in suo honore vel habeat vim in ascendente, vel aspiciat partem fortune, vel sit dominus loci Solis in nativitate diurna vel dominus loci Lune in nativitate nocturna, divicie non deficient in vita nati. Si vero dominus ascendentis, aspexerit dominum Sbe, vel suam domum, vel partem fortune aspectu inimico, destruet substantiam manu sua propria. Et si dominus ascendentis, fuit in secunda domo, infortunatus, dabit alteri ultro, tollere substantiam suam. Si vero ibi sit planeta infortunatus, qui non sit dominus ascendentis, rapietur nato substantia vi, sine furto. Si non erit ascendens, natus erit cupidus et avarus. Et secundum Haly Habenragel debemus esse inspicere ad stellas fixas, que sunt prime magnitudinis et secunde. Et si aliquam earum invenerimus in gradu ascendentis, vel decime, septime, quarte, aut in gradu Solis si nativitas est diurna, aut in gradu Lune si nativitas est nocturna, secundum naturam illius indicabimus bonum vel malum. Et si de predictis stellis aliquae fuerint in duobus locis vel pluribus, licet natus ille non sit de progenie regia, habebit tamen potestatem et mandatum sicut potencie regis, et perveniet ad magnam nobilitatem et magnum dominium, et imperabit gentibus civitatibus et villis. Ceterum ut dicit Haly quando pars fortune fuit cadens, vel in malo statu aut sub radiis Et dominus eius in signo peregrino Et dominus sedis domus non aspexerit ascendens: natus erit laboriosus: et vivet miserabili vita. Unde dicit Habraam. Si volueris scire an natus futurus sit dives vel pauper aspice dominum Sbe, qui si fuit fortunatus, erit dives.

vel detrimento

Si combustus, retrogradus, et in suo casu, erit pauper.

Item secundum ptholo: tempus in quo advenient divitie nato sic scitur. Si planeta sit directus, tunc cito advenient divitie. Similiter si fuerint in angulis vel in succedentibus ad angulos, porro quando fuerint orientalis, tunc divitie venient nato in iuventute. Si autem oppositum fuerit, oppositum indicabitur. Ceterum si parsfortune coniungantur aliqua fixa, portendit perpetuas divitias, aut perpetuam miseriam ut dicit hermes. Etenim stelle primi ordinis elevant hominem ad altum gradum et magnam dignitatem, et commutant de infimo ad supremum gradum.

De honoribus et prosperitate nati

ad quod deprehendendum considerabis duo luminaria, ubi sunt et in quo cardine. Similiter ceteros quinque planetas ad statum suum in comparatione mundi, et ad angulos. Similiter ad luminaria. Et si sol et luna fuerint in signis masculinis, et in angulis, vel unum ex eis, presertim si unum luminare constituatur in medio celi, et aliud ascensus occupet, indicabunt hominem in mundo omnibus fere fortunatiorem, si cum hoc fuerint in suo haiz. et si quinque planete sint circa ea vel prope, ita quod illi qui sunt circa solem, sunt matutinales, illi vero qui circa lunam vespertinales. Unde cum ita fuerit situs luminarum, significabit natum futurum regem vel imperatorem vel magnum populi gubernatorem. Ceterum si in genitura planete circumdant solem et lunam sint in angulis, aut participent in figura cum decima, natus erit rex mirabilis et magne potentie in tota terra. et hoc si stelle fixe adiuvabunt luminaria.

Ceterum si ambo luminaria non essent in signis masculinis, sed solum sol: et luna esset in feminino. et fuerint orientalis et planete boni testificabuntur eis vel natus gubernator magnus populi.

Item quando Sol fuerit in signo masculino, et Luna in feminino
et non fuerint in angulis, nec planete eis testificabuntur per aspe:
ctum amicum, natus erit gubernator ville vel civitatis et exa:
cta tributorum. Item cum Sol et Luna non fuerint in angulis
et alii planete fuerint in angulis, natus erit mediocris honoris.
Si autem Sol et Luna non fuerint in angulis, nec planete circun:
dantes ea, natus erit parve fortune. Ceterum quando Jupiter fuerit in
decima domo
medio celi, directus in suo cursu, receptus a Sole, vel si sol aspi:
Δ aut ♃ ♄ et ☌
ciat eum, et infortune cadentem ab ipso, natus erit in magno honore
et quasi rex vel imperator. Si autem Jupiter fuerit infortunatus,
combustus, retrogradus, peregrinus, in suo casu
habebit honores mediocres. Item quando Jupiter erit in decima
et Mars in angulo terre, natus erit multum subtilis et imperiosus.
Similiter intelligere, ut vult Hispalensis. Si dominus decime fuerit in aliquo
ascite vel 7a
angulorum cum fortunis vel radiis fortunarum. Et generaliter quando
ambo luminaria fuerint in angulis, similiter et planete ipsa circundantes,
fortunati
natus erit magne fortune. Si autem oppositum fuerit, judicabis contra.
Item si ambo luminaria fuerint in signis masculinis, et planete
♃ vel ♀
fortunati ipsa aspexerint, natus erit fortunatus multum. Postquam ipsa
sciemus quod natus habebit aliquam fortunam, quaeremus planetas
gubernantes loca Solis et Lune, et planetas circundantes Solem et Lu:
benignis aspectibus sonati ut Δ vel ♃
nam. Et si fuerint concordes cum Sole et Luna, erit magna
fortuna nati et notabilis. Si vero non, erit debilis fortuna.
opus in quo prosperabitur
Porro si voluerimus scire factum fortune, quomodo erit: ex quo
aspiciens
habebitur, debemus aspicere planetas circundantes luminaria, et
per dignitates essentiales
respiciemus illum, qui est maioris fortitudinis in loco Solis
et Lune, et per illum iudicabimus. Nam si Saturnus fuerit dispo:
loci luminarium
forte per dig. essenti. et acciden.
sita huius rei, et in bono esse, natus habebit fortunam

fortuna maior, quam ... ac terras. salutari ... ac benigno maiestate letificat

ad multos fratres et bona multorum. Si aut Jupiter ad
et si in multis locis, erit fortunatus in sapientia, fortis, gaudens, honoris
fratres, bonum
quod habet ad domos et nobilitatibus. Si aut Mars, et fuit bonus fortis
in suis laboribus
et fere debita fortunabitur natus in diurnis nocturnis, et in diurno in his,
quod si fuit in eis si fuit male esse. Sunt qdam quando in his habebit mu-
bonus fortis bonum
ne multis et quod fortunat. Si aut fuit Mercurius fortunabitur in mul-
tis nobilis. et si
in malo. et in diligentia doctrina et sapientia sit si duo planete dispari:
in malo et in multis
pleri. per in gor fratres vel plures. erit fortuna de suis nobilis

composita. De offero et magistro nati
et aliis
sub radiis pro quo semper debemus attendere planetas, q manet circa
solis. Cadentes
ingressi a prezante Solem, ita quod ad exeat de sub radiis Solis. Si vero
in sole. vero
tales duo fuerint, rapiatur ingressi Soli. Si vero in medio:
ingressi a sole
vel in solis. ab quibus planeta q manet appropiat in Solem: vocabat
et aliis
et si ab quibus in ingressi sit q appropiat lumen vel ab ea
de sub radiis. asperatur tale vel lucrat. Et si ab fuit sit se fortis. et duos
in sole. solis
offerri. Si vero amb duo essent, unus q manet appropiat quae
Solem. et alius in medio rei, rapiat ille q hic plures dignitates
tales in suo Coro. Si aut unus tantum alius in dignitatibus esse:
ingressi a sole
rabus, rapiatur ille q hic plures dignitates alterius. Et si
nullus contingat sit esse in dignitatibus quod ille natus, dicitur erit
in in quo
vagus a suis offerre. Certum in nativitatibus fortunam pro
in his ingressi
ratio, quale erit, debemus attendere ad hos planetas. s. Martis
et Mercurii. et
Jovis et Veneris et solem in gor in dignitatibus: in si solus sit:
fortis. ille et
pernis fuit duos offerri, sequi proba solem in sequi offerri
Jovis et q. in quo
solem offerri nisi quod si erit in domibus suis.
in ingressi
scripsit. et sapiens in mundis. fere scribit. Et
et similes. tales
fuit in domibus suis, et in sua natura. sen Judice.
pro his in
Et si in dignitatibus in his. et astrologus bonus et sapiens
scribit in libris
et ille sapiens in libris astrologie.
in his. et sapiens

Martem et Saturnum. Et si fuerint cum luminaribus in bono statu erit coniugium honestum et legitimum. Quia inter veneram et predictos duos planetas est attinentia. Quoniam si appexerint se cum Marte aspectu bono, sequebatur quod coniunctio erit cum puella. Et attinentia que est inter venerem et Martem est quod exaltatio cuiuslibet eorum est in signo de trigono alterius. Et si aspectum habuerint cum Saturno, coniunctio erit cum vetula. Et attinentia inter eos exiens est, quia domus utriusque eorum est in trigono alterius. Propterea venus cum Marte qualitatem amoris efficit absolute. Et si fuerint Mercurius cum eis res erit divulgata et detecta. Quod si fuerint in signis in quibus participationem habent sicut capricornus et pisces, coniugium erit cum sorore vel consanguinea. Et si in nativitate viri appexerint se cum Luna, vir ille iacebit cum duabus sororibus vel duabus consanguineis. Et si se appexerint in nativitate mulieris cum sole, iacebunt cum muliere duo fratres vel propinqui. Similiter si fuerint venus cum Saturno, erit coniugium doneum, longoque tempore permanebit. Et si fuerint Mercurius cum eis, erit fructuosum et utile. Et si cum hoc etiam Mars cum eisdem fuerint, coniugium non erit firmum et eis nocebit. Et si venus fuerit in suis dignitatibus et figuris sibi convenientibus, mulier copulabitur viro sibi contemporaneo. Si vero ipsa venus fuerit orientalior ceteris planetis copulabitur mulier iuniori ea, et vir similiter coniungetur iuniori eo. Et si fuerit magis occidentalis, copulabitur mulier viro seniori se, et vir antiquiori eo. Et si venus et Saturnus fuerint in signis in quibus habent participationem

Sic est Capricornus et libra, coniunctio erit inter propinquos.
Et si cum luna fuerit iste status, et acciderit hoc in ascendente
vel in medio celi, natus iacebit cum matre sua vel sorore
sue matris, aut cum nouerca. mulier vero cum prole propria
vel cum sororis sue filio. seu cum suo genero. Et si sol cum
eis participacionem habuit et fuerint planete tales spectatores
in occidente, natus iacebit cum filia sua, aut cum filia sue
sororis, aut cum uxore filii sui, et mulier iacebit cum patre
suo, vel fratre sui patris, aut cum marito sue matris.
Et si hec predicta qualitas non fuerit in signis unius na:
ture, et acciderit quod sint in locis femininis, natus erit multum
luxuriosus, sine verecundia, de leui mouebitur ad luxuriam
faciendam per quascumque partes poterit. Quod si qua figura
ex stellis fixis, acciderit cum hoc statu, natus in veneris
actibus turpissime versabitur. Hee autem figure sunt principia
Leonis et Arietis, et figura, in qua est aldebaran, finis
item Leonis, similiter finis Capricorni. Et si hec qualitas fue:
rit inventa, in duobus primis angulis, qui sunt oriens et meri:
dies, natus in talibus erit manifestus de regeteque ista, et labe
ipsa induetur publice. Si autem in ultimis angulis qui sunt
occidens et angulus terre fuerit: erit eunuchus, spadus, qui
erit stultus, aut erit clausus.
